Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0002-0



# Teſſaradecas ꝯſolatoria pro laborantib⁹ et oneratis Martini Lutheri Auguſti. Vuitten-bergeñ.

Lipſiae: ex officina Melchioris Lottheri. Anno à natali Chriſtiano Milleſimo quingenteſimo viceſimo.



# Pꝛefatio.

APoſtolus Paulus Ro.xv. definiturus Chriſtianoꝝ ſo-
latia dicit. Fratres quecunqꝫ ſcripta ſunt: ad noſtrā doc-
trinam ſcripta ſunt: vt per patientiam ⁊ ꝯſolationē ſcrip-
turarū ſpem habeamus. In quo aperte docet ſolatia no
ſtra e ſcripturis ſanctis eſſe petenda. Scripture ſancte aūt
gemino conſolationis tropo vtunt̄: dum duas imagines
rerum ſaluberrima temperie mixtas ꝓponunt: malarum
videlicet ⁊ bonarū: ſicut Eccleſiaſticus ſapiens dicit. In die maloꝝ memoꝛ
eſto bonoꝝ: ⁊ in die bonoꝝ memoꝛ eſto maloꝝ. Scit enī ſpiritusſanctus ta-
lem ac tantam eſſe homini rem quamcunqꝫ: qualis ⁊ quanta eius in ipſo
valuerit opinio. qđ enī vile ⁊ nihili ducit̄: parū quoqꝫ afficit: ſeu amoꝛe: ſi
veniat. ſeu doloꝛe: ſi recedat. Ideo id omni ſtudio conat̄: vt hoīem a rerū opi
nione ⁊ affectu auocet. Qđ vbi effecerit iam res quelibet ſunt indifferētes.
cum aūt hec auocatio potiſſimū verbo fiat: quo transfert̄ opinio a reꝝ pre-
ſenter afficit in rem que vel abſens eſt: vel nō afficit preſens: optimo iure:
nō niſi per ſcripturarū ꝯſolationem habebimus: que nos in die maloꝝ auo
cet ad ſpectanda bona: que vel preſentia vel futura ſunt: ſimul in die bonoꝝ
auocat ad ſpectanda mala. Verum vt hec duo ſpectra ⁊ imagines melius
capiamus: dabimus vnicuiqꝫ ſuas partes ſeptem. Prioꝛ imago habebit
mala que ꝯſiderent̄. Primo intra ſe. Secundo ante ſe. Tertio poſt ſe. Quar
to iuxta ſe in ſiniſtro. Quinto in dextro. Sexto infra ſe. Septimo ſupꝛa.

## Caput primum de ſpectro primo: qđ eſt malum ineternum.

HEc ratum eſt ⁊ veriſſimū: ſiue id credat homo ſiue non: nullum eſſe
poſſe in homine cruciatū tm̄: qui peſſimū ſit maloꝝ que in ipſo ſunt:
adeo ſunt lōge plura ⁊ maioꝛa in ipſo mala: q̈ que ſentit. Si enī ſuum ma-
lum ſentiret: infernū ſentiret. Nam infernū in ſeipſo habet. Queris quomo
do? dicit ꝓpheta. Omnis homo mendax. Et iterū vniuerſa vanitas omnis
homo viuens. Eſſe aūt mendacem ⁊ vanū: eſt eſſe vacuum veritate ⁊ re ip
ſa. At ſine veritate ⁊ re ipſa eſſe: eſt ſine deo eſſe ⁊ nihil eſſe. hoc aūt eſt in in-
ferno ⁊ damnatū eſſe. Ideo deus miſericoꝛditer nos caſtigans: lenioꝛa ma-
la nobis aperit ⁊ imponit: ſciens q̈ ſi hoīem in ſuū malum deduceret cog-
noſcendū: mox in momēto periret. ſed ⁊ nōnullos hoc guſtaſſe dedit: de qui
bus dicit̄: deducit ad inferos ⁊ reducit. Proinde recte dicunt: qui paſſiones

corporales vocant quedā monitoria mali interni. Et Apoſtolus Heb. xij. vocat eas diſciplinas dei paternas dicens. Flagellat aūt oēm filium quē recipit: qđ facit vt his flagellis ⁊ paruis malis expellat magna iſta mala: neqꝫ ea ſentire oporteat. ſicut Prouerb. xxij. Stulticia colligata eſt in corde pueri: ſed virga diſcipline fugabit eam. Nōne ⁊ pij parētes plus in filijs dolent: ſi ſint fures aut mali ꝙ̄ vulneratiſſimo ipſimet eos cedūt ⁊ ſauciant: vt mali eſſe non poſſint.

¶ Quid ergo obſtat ꝙ hoc malū verum nō ſentit? Nempe: vt dixi: deo diſponēte ita fit: vt homo nō deficiat: ſi ſua mala penitiſſima videret. Nam abſcondit ea: volens ſola fide ea cerni: dum ea indicat ſenſibili malo. Itaqꝫ in die maloꝝ memor eſto bonoꝝ. vide quantū bonū ſit: nō noſſe totum malum: huius eſto boni memor: ⁊ minus cruciabit ſenſibile malum. Ita rurſus in die bonoꝝ memor eſto maloꝝ. id eſt: dum indolens es veroꝝ malorum: in hac indolentia gratus eſto: ⁊ memorare veroꝝ maloꝝ: tum fiet vt minus ſentias ſenſibile malum. Claret ergo maiorem eſſe in homine ſemꝑ indolentiā: ꝙ̄ dolorem in hac vita. nō ꝙ non preſens ſit malum totum: ſed ꝙ opinio ⁊ affectus eius nō ſit per dei bonitatem qui abſcondit ipſum.

¶ Hinc videmus eos quibus datū eſt ſuum verum malum intueri quā atrociter in ſeipſos ſeuiant ꝙ̄ nihil ducant: quicquid pati poſſunt in tota vita mō infernū ſuum nō ſentiant. Ita vnuſquiſqꝫ faceret: ſi vel ſentiret vl' crederet firmiter malum ſuum internū: ſponte aduocaret externa mala: luderet in eis: atqꝫ nunꝙ̄ triſtior eſſet ꝙ̄ dum non haberet mala: ſicut nouimus quoſdam ſanctos feciſſe. Qualis Dauid pſal. vi.

¶ Igit̄ prima imago ꝯſolatoria eſt ſibiipſi dicere: nōdum o homo ſentis malum tuum: gaude ⁊ gratias age: ꝙ nō ſentire cogeris: atqꝫ ita malum comparatione maximi leue fiet. Hoc eſt qđ alij dicunt lōge peiora: etiā infernū meritus ſum facile quidē dictu: ſed intolerabile ſenſu.

¶ Atqꝫ hoc malum quantūlibet lateat: tn̄ fructus ſuos prodit ſatis ſenſibiles. Hi ſunt timor ⁊ incertitudo trepide ꝯſcientie: qua fides impugnat̄: dum homo neſcit aut dubitat an habeat ꝓpitiū deum. qui fruct⁹ tāto acerbior eſt quāto fides infirmior. Atqꝫ hec ſola infirmitas digne ꝑpenſa: cum ſit ſpiritualis longe preponderat corporali: quam ⁊ leuiſſimam reddit ſui comparatione diligenter facta.

¶ Preter hec ad interna mala pertinet tota illa tragedia: quam Eccleſiaſt. deſcribit: vbi toties vanitatem ⁊ afflictionem ſpiritus commemorat. Quot enī conſilia fruſtra capimus? quot vota noſtra illuduntur? quot videmus? quot audimus que nollemus? Atqꝫ hec ipſa que ad votum cedunt: cōtra votum quoqꝫ cedunt. adeo nihil integrum atqꝫ perfectum eſt. Deinde hec omnia tanto maiora ſunt: quāto altiori loco ⁊ ordine quiſpiam

ſederit: quem neceſſe eſt pre ceteris in eadem re laborantibus: lōge pluribꝰ ⁊ maioꝛibus eſtibus: fluctibus: pꝛocellis agitari. vt recte pſal. ciij. dixerit. Animalia puſilla ⁊ magna ⁊ reptilia: quoꝝ nō eſt numerus: in hoc mūdi mari eſſe: id eſt tentationū infinita noīa. ſed ⁊ Job. vij. vitam hominis ob hoc tentationem vocat.

Hec vero nō ideo mala non ſunt: quia minus ſentiunt: ſed quia vſu ⁊ aſſiduitate viluerūt: ⁊ affectus atqꝫ opinio in his detriti ſunt: operāte deo. ideo rara potius mouent que adhuc nullo vſu didicimus contemnere Adeo verum eſt: vix milleſimā partem noſtroꝝ maloꝝ nos ſentire. adeo deniqꝫ verum eſt: Mala noſtra nō rei veritate: ſed opinione ⁊ affectu noſtro metiri: ſentiri: aut non ſentiri.

# Caput ſecundum de ſecundo ſpectro quod eſt malum futurum ſiue ante ſe.

Nō parū leuabit pn̄s quodcūqꝫ malū: ſi ad futura vertas animū: que tot ⁊ talia ⁊ tanta ſunt: vt huic vni datus ſit magnus ille ⁊ vnus pꝛincipaliū affectuū qui timoꝛ dicit: diffinientibus quibuſdam: ꝙ timoꝛ ſit affectus de futuro malo. vt ⁊ Aplu̇s dicat Ro. xi. Noli altum ſapere: ſed time. Hoc malū eo maius eſt: quo incertius eſt: quale ⁊ quantū ſit futurū. Ita vt vulgo q̊qꝫ ꝓuerbiū terat: Nō eſt vlla etas ſcabiei etiam ſuperioꝛ: qd̄ tn̄ puerile atqꝫ adeo infantile malū eſt. Adeo a nullis nulliꝰ hoīs malis vllꝰ hoīm libere ſecurꝰ eſt. ſed q̄cq̄d patit̄ homo: pati pōt ⁊ alter. Huc ꝑtinēt oēs hiſtoꝛie ⁊ tragedie oīm ſeculoꝝ: oēs querele totiꝰ mundi. huc qd̄ quidā obſeruarunt: pluſquā trecenta noīa moꝛboꝝ: quibus coꝛpus humanū vexari poteſt. Si aūt tot moꝛbi: quot alij putas erunt caſus rerum: amicoꝝ: tandem ipſius animi qui omnium maloꝛum pꝛincipale ſubiectum eſt: triſticieqꝫ ac maloꝛum vnicum receptaculum.

Augeſcit vero maloꝛū vis ⁊ ſenſus: quo maioꝛ fuerit ⁊ dignioꝛ ſtatꝰ: vbi inopia: ignominia: ⁊ omnia indigna: cum etiam ſubito poſſint accidere: neceſſe eſt: vt ſicut tenui pendent omnia filo: foꝛmidanda ſint omni hoꝛa: nō ſecus ac gladius ille: quem Dionyſius tyrannus ſuper caput conuiue ſui ſuſpendit.

Hoꝝ aūt q̄cq̄d nō acciderit: ꝓ lucro hn̄dū eſt: ac nō paruo ſolatio eiꝰ mali qd̄ accidit: vt etiā hic cū Hieremia dicere cogaris: miſericoꝛdie domini:



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0007-8

quod nō ſumus ꝯſumpti. Nam quicquid illoꝝ nō accidit: ꝓhibente excelſi dextra nō accidit: que vallat nos vndiqꝫ tanta fortitudine (vt in Job mōſtratū eſt) vt Satan ⁊ mala indigne etiā ferant: ſeſe eſſe ꝓhibita. Proinde videmus q̄ dulciter ſit amandus dn̄s: quoties nobis quid acciderit. nempe q̄ vnico hoc malo nos moueat amātiſſimus pater videre: quot inſtent mala que nos petant: ſi nō ipſe obſtaret: ac ſi dicat. Satan ⁊ Cahos maloꝝ expetit te: vt cribret te. Sed ego poſui terminū maris: ⁊ dixi ei: huc peruenient ⁊ ꝯfringent̄ tumentes fluctus tui: ſicut dicit in Job. xxxviij.

Verum eſto: nullum coꝝ ſit venturū: forte ſic deo volente: ſaltem illud quod oīm terribiliū maximū dicit̄: ſcꝫ mors certiſſime futura eſt: ⁊ nihil incertius hora eius. Quod ſane malum tantū eſt: vt videamus multos homines etiam cum omnibus predictis malis malle viuere: quā illis finitꝭ ſemel mori. Atqꝫ huic vni cum cetera ꝯtemnat: ſcriptura quoqꝫ accōmodat timorē: dicens. Memorare nouiſſima tua ⁊ ineternū nō peccabis. Huc vide quot meditatiōes: quot libri: quot modi: quot remedia ſunt ꝯgeſta: vt hac vnius mali memoria peccatis abſterreant: mundū ꝯtemptibilem faciant: paſſiones ⁊ mala alleuient: ⁊ tribulatos ꝯſolent̄: cōparatiōe tam horribilis ⁊ magni: ſed aliqn̄ neceſſarij mali. Nemo eſt qui nō oīa mala optet ſubire: ſi per ea liceret ⁊ mortis malum euadere. Hoc ſancti quoqꝫ timuerunt: hoc Chriſtus cū pauore ⁊ ſanguineo ſudore ſubiuit. Ita vt miſericordia diuina nullo maiore negotio curarit puſillanimes confortare: q̄ in hoc malo: vt videbimus infra.

Hec oīa vero cōmunia ſunt oībus hoībus: ſicut ⁊ cōmunia ſalutꝭ beneficia in eiſdem malis. Ceteꝝ Chriſtianis noua cauſa eſt timēdi futuri mali ⁊ ꝓpria: que oīa mala predicta facile ſuperet. Hec eſt quā Apoſtolus pingit. i. Corint. x. dicens. Qui ſtat: videat ne cadat. Adeo lubrica via eſt: adeo potēs eſt hoſtis armatus noſtris ꝓprijs viribus (id eſt carnis ⁊ oīm affectionū malaꝝ preſidijs) ſtipatus infinitis mūdi copijs: delitijs ⁊ voluptatibus a dextra. aſperitatibus ⁊ hoīm malis volūtatibus a ſiniſtra: preter eam qua ipſe inſtructiſſimus eſt mille modis nocendi: ſeducendi: perdendi arte. Ita viuimus vt ne momento quidem ſecuri ſimus de bono ꝓpoſito noſtro. Cyprianus multa hmōi cōmemorās in epiſtola de mortalitate docet optandam eſſe mortem tanq̄ ſubuentricem velocem ad euadenda hec mala. Ac vere vbi fuerint bonicordes hi hoīes q̄ hec pericula infinita inferni digne animo tractāt. videmus eos ꝯtempta vita ⁊ morte: id eſt oībꝰ malis predictis: optare ſolui: vt hoc malo peccatoꝝ in quo ſunt vt priore ſpectro diximus: ⁊ in quod cadere poſſunt de quo nūc dicimus ſimul ſoluant̄. Et ſunt ſane he due rationes iuſtiſſime nō tm̄ mortis optande: ſed ⁊ oīm maloꝝ ꝯtemnendoꝝ: nedum vnius mali leniter ferēdi ſi cui dederit dn̄s:

vt eis ꝓmoueat̃: donum vtiqȝ dei eſt eis moueri. Quis enĩ recte Chriſtianus nõ optet etiam mori nedum infirmari qui videat ac ſentiat: ſi dum ſanus viuit in peccatis eſſe ⁊ ꝯtinue in plura ruere poſſe ⁊ quotidie ruere: ac ſic ꝯtra amabiliſſimã amabiliſſimi patris ſui voluntatem ſine intermiſſione agere. Hoc enĩ indignatiõis eſtu: ⁊ Paulus Ro. vij. cõmotus cum ſe nõ agere bonum qd̾ vellet: ſed malum qd̾ nollet queſtus fuiſſet: exclamauit. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei inquit: per Jeſum Chriſtum ⁊c. Pax diligit deum patrem ſuum qui nõ prefert mortis malo: hoc peccandi malum: cum ille mortem in hoc ordinarit: vt hoc malum aliquando finiat: ⁊ ſit mors vite ac iuſticie miniſtra: de quibus infra.

# Caput tertium de ſpectro tertio quod eſt malũ preteritum ſeu poſt nos.

In hoc eximie pre ceteris: lucet dulcis miſericordia dei patris potẽs nos ꝯſolari in omni anguſtia noſtra. Neqȝ enĩ p̃ſentiorem manũ dei ſuper ſe quilibet ſentit: q̃ꝫ dum recogitat annos vite preterite. dicit b. Auguſtinus: Si homini daret̃ optio: vt aut moreret̃ aut preteritã vitam iterum ageret: futurũ eſſe vt mori eligeret: tanta ⁊ pericula ⁊ mala videns q̃ vix ⁊ egre euaſerit: que ſententia veriſſima eſt: ſi digne penſetur.

Hic enĩ cernere licet: quoties ſine ſuo ſtudio: ſine cura: imo citra ⁊ contra votum: multa fecerit ⁊ paſſus ſit: quoꝝ adeo nõ habuit ꝯſiliũ: anteq̃ꝫ fierent aut dum gererent̃: vt finito opere: ſecum mirans tum primũ cogat̃ dicere. Quorſum hec mihi ceſſerũt: que nec cogitaui aut lõge alia cogitaui? ita vt verum ſit ꝓuerbiũ. Homo ꝓponit: deus aũt diſponit. id eſt in diuerſum ponit: ⁊ aliud q̃ꝫ homo ꝓponit: efficit. vt vel in hoc vno negare non poſſimus: vitam ⁊ actus noſtros: nõ noſtra prudentia: ſed mirabili potentia ⁊ ꝯſilio ⁊ bonitate dei fuiſſe gubernatam. Hic perſpicit̃ quoties deus nobiſcũ fuerit: vbi nec vidim⁹ nec ſenſimus. ac q̃ꝫ vere dixerit Petrus. Ipſi enĩ eſt cura de nobis omnibus.

Quare ſi non eſſent libri neqȝ ſermones: tñ ipſa noſtra vita per tot mala ⁊ pericula ducta: ſi ꝯſideret̃: abunde nobis diuinã bonitatem cõmẽdat p̃ſentiſſimã ⁊ ſuauiſſimã eſſe: vt que nos lõge vltra ꝯſiliũ ⁊ ſenſum noſtrũ velut in ſinu ſuo portauit. ⁊ vt Moſes Deut. xxxij. dicit. Dñs cuſtodiuit

eum quaſi pupillā oculi ſui: circūduxit eum ⁊ portauit in humeris ſuis.

¶ Atqȝ hinc nate ſunt exhortatiōes ille in pſalterio. Memor fui dierū antiquoꝝ: meditatus ſum in oībus operibus tuis. Et in factis manuū tua rum meditabar. Memor ero ab initio mirabiliū tuoꝝ. Et memor fui iudici orū tuoꝝ: ⁊ ꝯſolatus ſum. Hec ⁊ ſimilia huc ſpectant oīa: vt ſciamus: ꝙ ſi tunc preſentē fuiſſe deum nobis videmus: qñ nō cogitabamꝰ: nec videbat adeſſe iam quoqȝ preſentē eſſe nō dubitemus: dum abſens nobis videtur. Nam qui in multꝫ neceſſitatibus nos ſine nobis ſuſcepit: etiā in modico: etiā ſi derelinquere videat: nō derelinquet. ſicut in Yſaia dicit: Ad momentū ⁊ modicū dereliqui te: ⁊ in miſeratōibꝰ magnis congregabo te.

¶ His ſi addas: Quis noſtri curam habuit tot noctes dormientiū: quis pro nobis ſolicitus fuit: quoties laborauimus: luſimus: ⁊ oīa illa infinita egimus: in quibus nihil ipſi ꝓ nobis ſoliciti fuimus: Aut quantū eſt tēpꝰ quo noſtri curam habemus: Ipſe auarus dum ſolicitus eſt pecuniā quere re: in querēdo ⁊ agendo ſolicitudinē ponat neceſſe eſt. Ita videmus ꝙ vni uerſa noſtra cura: velimus: nolimus: ad deum ſolū redeat: vix rariſſime no bis noſtro relicti ꝯſilio: qđ tñ ⁊ ipſum ideo facit dñs: vt erudiat nos ad ag noſcendā ſuam bonitatem: vt aliqñ videamus quantū interſit inter curā ſuam ⁊ noſtrā. Ita fit vt nos qñqȝ leui morbo aliove malo ſinat impeti: diſ ſimulans ſuam curā (nō eñ aliqñ nō curat) ſimul tñ ꝓhibens: ne tot mala quot inſtant: vndiqȝ ſimul irruāt: vt nos ſicut filiolos chariſſimos tentet: an ſue cure per oēm aliam vitam cognite: velimus nos credere: ⁊ ꝙ inuti lis ⁊ impotens ſit noſtra cura videre. Quid eñ nobis ꝓſumus aut poſſe mus ꝓdeſſe tota vita qui vnicū dolorem cruris paruiſſimo tempore curare non poſſumus.

¶ Quid ergo tam anxij ſumus in puncto vnius periculi aut mali: nec ei curam relinquimus: cum vita ipſa teſte: tot malis ab eo eruti ſumus ⁊ ſer uati ſine noſtro ſtudio: Iſta inquā noſſe eſt opera dei noſſe: meditari in ope ribus eius: ⁊ ea memoria ꝯſolari in aduerſitatibus. Qui aūt ignorant: in current in illud pſal. xxix. Quoniā non intellexerunt opera dei: ⁊ opera ma nuum eius: deſtrues eos ⁊ nō edificabis eos. Sunt eñ ingrati vniuerſe cu re dei ſup eos in tota vita habite: qui in modico pūcto curā ſui nō ei cedūt.

## Caput quartum de ſpectro quarto: quod eſt malum infernum ſeu infra nos.

Adhuc nō aliud vidimus in oībus malis que patimur: ꝙ ꝙ diuina bonitas tanta tamꝗ̄ preſens ſit: vt inter innumera mala quibus ſumus in hac vita circūdati: ⁊ penit⁹ in eiſdem incarcerati: vix paucula: nec ea omni tpe ſinant̄ nos impetere: ita vt quoduis malum preſens quo premimur: nō niſi monitoriū ſit lucri cuiuſdā magni: quo nos honorat deus: dum non ſinit nos opprimi multitudine maloꝝ in quib⁹ ſumus. Nō enim miraculū ſi quis infinitis ictibus tentet̄: vł vno ſaltem aliqn̄ tangat̄: imo gratia eſt nō oībus feriri miraculū eſt: nō multis feriri. Primum itaqꝫ eoꝝ que infra nos ſunt maloꝝ: eſt mors: alterū infern⁹. Mortem alioꝝ tam variam tā indignā ſi ꝯſideremus: qua plectunt̄ peccatores: facile videbimus quāto nos lucro minora meritis noſtris patiamur. Quot eñ laqueo: furca: aqua ſtrangulant̄: aut gladio q̊qꝫ feriunt̄ qui lōge minora peccata forte fecerūt ꝙ nos: ita vt illoꝝ mors ⁊ miſeria nobis a Chriſto quoqꝫ ꝓ ſpectro obiiciat̄: in quo videamus q̄d nos meruerimus. dicit eñ Luce. xiij. cum ei nunciarent quidā de Galileis quoꝝ Pilatus ſanguinem miſcuerat cum ſacrificiis eoꝝ. Reſpōdit: putatis ꝙ hi Galilei pre oībus Galileis peccatores fuerint: quia talia paſſi ſunt: Nō dico vobis: ſed niſi penitentiā habueritis: oēs ſimiliter peribitis. Sicut illi decem ⁊ octo ſupra quos cecidit turris in Siloa et occidit eos: putatis ꝙ ⁊ ipſi debitores erant: ꝑter oēs homines habitātes Hieruſalē: Nō dico vobis: ſed ſi penitentiā nō habueritis: oēs ſimul peribitis. Neqꝫ eñ cogitare poſſumus minora nobis deberi mala: q̄ maiora vel ſimilia peccata cōmiſimus. Neqꝫ iuſticia ⁊ veritas dei ꝓpter nos iniqua ⁊ mēdax erit que vnicuiqꝫ iuxta opa ſua reddere diſpoſuit. Si non ipſi preuenerimus ⁊ ſaltem paruulo malo patienter tolerato ſatiſfecerimus.

In inferno vero ⁊ eterna damnatione: quot milia ſunt qui nec milleſimā peccatoꝝ noſtroꝝ partē habent: quot ibi virgines: pueri: ⁊ quos nos innocētes vocamus: Quot religioſi: ſacerdotes: ꝯiuges: qui tota vita viſi ſunt deo ſeruire: ⁊ vno forte caſu lapſi ineternū plectunt̄. Neqꝫ eñ hic diſſimulandū eſt: vna eſt iuſticia dei in quolibet peccato: equaliter odit ⁊ damnat peccatū in quocūqꝫ repertū fuerit. An nō hic videmus ineſtimabilem dei miſericordiā que toties meritos nō damnauit: quantū queſo eſt qd̄ pati poſſum⁹: vel tota vita ad penā eternā quā illi vno delicto meriti patiūt̄: nos interim liberi ⁊ multis a deo diſſimulatis peccatis ſeruati. Quod eñ hec dei beneficia nō curam⁹: aut frigide eſtimamus: ingratitudo eſt: ⁊ quedā incredulitatis inſenſate duritia. Preterea huc ꝑducendi ſunt tot infideles: gentes: iudei: infantes: quibus ſi data fuiſſent ea que nobis data ſunt: nō in inferno ſed in celo eſſent: ac lōge minus peccaſſent. Nam ⁊ hoc ſpectrum Chriſtus nobis Mat. ob oculos ponit. d. Ve tibi Coro Zaim. Ve ti



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0011-0

bi Bethſaida. Quia ſi in Tyro ⁊ Sidone facte fuiſſent virtutes: que facte
ſunt in vobis: olim in cilicio ⁊ in cinere penitentiã egiſſent: verũtñ dico vo
bis Tyro ⁊ Sidoni remiſſius erit in die iudicij ꝙ vobis. Ve tibi Caper-
naum que vſqꝫ in celũ exaltata es: vſqꝫ in infernũ deſcendes. quia ſi in So
domis facte fuiſſent virtutes que facte ſunt in te: forte manſiſſent vſqꝫ in
hanc diem. verũtñ dico vobis: quia terre Sodomoꝝ remiſſi⁹ erit in die iu-
dicij ꝙ tibi. Videmus ergo quantũ laudis ⁊ amoris debeam⁹ optimo deo
noſtro: in quocũqꝫ malo hui⁹ vite: qđ vix ſtilla vna ſit coꝝ que meriti ſum⁹
que ipſe Job mari comparat ⁊ arene maris.

# Caput quintum de ſpectro quinto: quod eſt malum ſiniſtrum ſeu ad ſiniſtram.

Hic ante oculos ponẽdus cumulus ille aduerſarioꝝ ⁊ maloꝝ hoĩm:
⁊ in ijs primo videndũ quot mala nõ intulerũt corpori: reb⁹: fame:
aĩab⁹ nr̃is que voluiſſent inferre: niſi deo diſponẽte nõ potuiſſent. ⁊ quãto
q̃s in celſiore loco ſedet ⁊ lati⁹ regnat: tãto plurib⁹ einſmodi aduerſariorũ
inſidijs: machinis: oblocutõib⁹ ⁊ tentatõib⁹ eſt expoſit⁹: in quib⁹ oĩb⁹ pre-
ſentiſſimã dei manũ licet intelligere ⁊ experiri. Quid ergo mirũ: ſi vno aliqñ
tãgamur? Deinde ⁊ coꝝ ꝓpria mala ſunt vidẽda: nõ vt in eis exultem⁹: ſed
vt cõpatiamur. Sũt aũt ⁊ ipſi eiſdẽ malis oĩb⁹ cõiter expoſiti: q̃b⁹ nos vt
in p̃dictis ſpectris facile eſt intueri. Verũ in hoc nobis ſunt miſeriores: qđ
extra ſocietatẽ noſtrã ſunt: tã corporalẽ ꝙ ſpũalẽ. Nihil eſt eñi hoc malũ qđ
patimur ad illud: qđ illi ſunt in pctĩs: in infidelitate: ſub ira dei: ſub impio
diaboli. Mãcipia miſerria impietatis ⁊ pctĩ: ita vt ſi tot⁹ mũdus eis male
diceret: peiora imp̃cari nõ poſſet. Que oĩa ſi digne videamus: ſimul videbi-
mus: q̃to benigniore dei dignatõe in fide: in regno Chriſti: in ſeruitute dei to
leram⁹ paruulũ corpuſculi aliqđ incõmodũ: qđ in tanta rex optimaꝝ opu
lentia: ne ſentiri q̃dẽ oporteat: q̃n ⁊ illoꝝ miſeria ſic debet Chriſtiano ⁊ pio
cordi eſſe moleſta: vt ſuas moleſtias delitias arbitret̃. Sic eñi iubet Paul⁹
Phil. ij. Singuli que ſunt alioꝝ ꝯſiderantes non que ſua. Hoc eñi ſentite
in vobis qđ ⁊ in Chriſto Jeſu. Qui cum in forma dei eſſet: formam ſerui ac
cepit ⁊c̃. Hoc eſt affectu pijſſimo noſtrã formã induit: non ſecus ſe gerens
in malis noſtris ꝙ ſi ſua eſſent ꝓpria: ita ſui ſuoꝝqꝫ bonoꝝ oblitus ⁊ exinã

nitus: vt omnino inueniret in similitudine hominum factus: nihil humani alienum a ſe ducens: tantummodo noſtris malis occupatus.

Hoc affectu animati et eo ſpectro commoti: ſolent ſancti pro malis etiam inimicis ſuis orare: et omnia facere exemplo Chriſti et obliti ſuarum iniuriarum vel iniusticiarum anxii eſſe quomodo illos liberent a malis ſuis quibus incomparabiliter magis cruciantur quam ſuis corporalibus malis: ſicut de Lot ſcribit ſ. Petrus ii. Pe. ij. habitans inter eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis opibus cruciabant. Vides ergo quanta hic appareat abyſſus malorum: et occaſio miſerendi et compatiendi: ſimul paruuli noſtri mali obliuiſcendi: ſi charitas dei in nobis fuerit quod nihil nos deus pati permittat ad ea que illi patiuntur. Quod vero hec nos leuiter mouent: in cauſa eſt quod oculus cordis non ſatis purus eſt: quo videremus quanta ſit ignominia et miſeria hominis ſub peccato iacentis. id eſt a deo ſeparati: et a diabolo poſſeſſi. Quis enim tam ferreus eſt: qui non contabeſcat ad miſerandam ſpeciem eorum qui in foribus eccleſiarum et plateis iacent corroſis vultibus: exeſis naribus et oculis: aliiſque membris ſanie et putredine foede conſumptis: ita vt animus exhorreat cogitare: nedum ſenſus ferat intueri. At quid his lachrymandis noſtre carnis et fraterne ſimilitudinis monſtris deus intendit: niſi vt oculos mentis noſtre aperiat: quo videamus quanto horribiliore ſpecie anima peccatoris ſaniem et putredinem ſuam oſtentet: etiam ſi ipſe in purpura et auro et roſis et liliis agat tanquam paradiſi filius? At quanti ſunt peccatores in mundo ad vnum illorum ſanioſorum comparati? Nec ſane mala infinita tum magnitudine tum multitudine contempta in proximis faciunt: vt noſtrum vel vnum minutiſſimum nobis ſolum et maximum videatur. Sed age et in corporalibus malis neceſſe eſt peiore ſint conditione quam nos. Quid queſo poteſt eis dulce et pure iucundum eſſe: etiam ſi omnia que velint habeant: obtineantque quando conſcientia eorum quieta eſſe non poteſt? An eſt malum atrocius quam mordax conſcientie tumultus? Dicit enim Iſaias. lvii. Impii ſicut mare feruens quod quieſcere non poteſt: et redundant fluctus eius in conculcationem et lutum. Non eſt pax impiis dicit dominus deus. Itaque illud Deutro. xxviij. in illis videas. Dabit tibi dominus cor pauidum: et deficientes oculos: et animam conſumptam merore: et erit vita tua quaſi pendens ante te. Timebis die ac nocte et non credes vite tue. Mane dices quis det mihi veſperum? Et veſpere: quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem: qua terreberis: et propter ea que tuis videbis oculis. Breuiter: qui mala malorum omnia digno affectu videret ſiue inimicorum ſiue amicorum: non ſolum ſuorum obliuiſceretur et nihil ſe pati ſibi videretur. verum et cum Moſe et Paulo Apoſtolo eſtuaret: vt pro eis mori liceret: et anathema a Chriſto fieri: ac de libro vite deleri. vt Roma. ix. ſcribit: quo illi liberarentur. Hoc enim zelo et incendio Chriſtus ardens: pro nobis et mortuus eſt: et

ad inferos deſcendit nobis exemplum relinquens: vt ⁊ nos pro alioꝝ malis ita ſimus ſoliciti: noſtroꝝ penitus obliti: immo noſtroꝝ cupidi.

# Caput ſextum de ſpectro ſexto quod eſt malum dextrum ſeu ad dextram.

A Dextris ſunt amici noſtri: in quoꝝ malis noſtrū malū mitigari: etiā ſanctus Petrus docet .i. Pe. v. Reſiſtite diabolo fortes in fide: ſciētes eaſdem paſſiones ei: que in mundo eſt: fraternitati veſtre fieri. Ita ⁊ Eccleſia orat in precibus: vt exēplis ſanctoꝝ prouocati virtutē paſſionis eorū imitemur. Cantatq;: Oēs ſancti quāta paſſi ſunt tormēta vt ſecuri ꝑuenirent ad palmam martyrij.

¶ Et quibus verbis ⁊ Canticis Eccleſie intelligimus ſanctoꝝ feſta: memorias: tēpla: altaria: noīa: imagines: ideo celebrari ⁊ multiplicari: vt eorū exēplo animemur ad ꝑferenda eadē mala que ipſi tulerunt: qua ratione niſi colant: oīs alius cultus eoꝝ ſupſtitione nō vacet: oportet vt ſunt multi q̄ celebrant hec oīa: ne malū qḋ ſancti exēplo ⁊ memoria ſui ferendū docent: ferant: fiantq; diſſimiles eis: quoꝝ feſta habent vt ſimiles fierent.

¶ Verū lōge oīm pulcherrime hunc locū cōſolationis tractat Apoſtolꝰ Heb. xij. dicens. Nondū vſq; ad ſanguinē reſtitiſtis aduerſus peccatū repugnātes: ⁊ obliti eſtis ꝯſolationis que vobis tanq̄ filijs loquit̄ dicens. Fili mi noli negligere diſciplinā dn̄i: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem eñ diligit dn̄s: caſtigat: flagellat aūt oēm filiū quē recipit. In diſciplina perſeuerate tanq̄ filijs vobis ſe offert deus. Quis eñ filius quē non corripit pater? Qḋ ſi extra diſciplinā eſtis: cuius participes facti ſunt oēs: ergo adulteri ⁊ nō filij eſtis? deinde patres quidē carnis noſtre eruditores habuimus ⁊ reuerebamur eos: nō multo magis patri ſpirituū obtēperabimus ⁊ viuemus? Oīs aūt diſciplina in p̄n̄ti quidē nō videt̄ eſſe gaudij ſed meroris. poſtea aūt fructū pacatiſſimū exercitatis per eam reddet iuſticie. hec Paulus. Quis nō terreat̄ his Paulinis verbis vbi plane diffinit: nō eſſe filios dei q̄ extra diſciplinā dei ſunt? Quis vero poſſit robuſtiꝰ ꝯfirmari ⁊ efficatius ꝯſolari: q̄ qui audiat eos diligi a dn̄o q̄ caſtigant̄: eſſe filios: eſſe oīm ſanctoꝝ cōmuniōe ꝑditos: nō eos eſſe ſolos q̄ patiunt̄? Etiā amabilem diſciplinā hec exhortatio vehemēs reddet. Nec patet hic excu-

ſancti locus: ꝙ alij mitiora ferant: alij duriora. vnicuiqꝫ em̄ dat̄ tentatio ad
menſurā nō ſupra vires. vt pſal. lxxix. Cibabis nos pane lachrymaꝝ ⁊ po
tū dabis nobis in lachrymis in mēſura. qđ ⁊ Paulus dicit: Fidelis deꝰ q̄
nō ꝑmittit vos tentari vltra ꝙ poteſtis: ſed faciet cum tentatione ꝓuentū:
vt poſſitis ſuſtinere. Vbi ergo maius malū: ibi plus ꝓuētus ⁊ auxilij diui
ni: ita vt inequalitas paſſionū magis in ſpeciem pareat ꝙ re uera ſit. Nam
⁊ b. Johan. Baptiſta: quē hodie decollatū ab Herode recordamur: nōne
ſtupore nos oēs ꝯfundit: ꝙ tātus vir quo maior inter mulieres non ſur-
rexit: amicus vnicus ſpōſi: precurſor Chriſti: maior ꝓphetis oībꝰ: nō ſaltem
publico iudicio occidit̄: nō ſaltem vel ficta cauſa: ſicut Chriſtus: accuſatur:
nec ꝓpter populū: ſed in carcere ꝓpter ſaltatricē adultere filiā. Vniꝰ huiꝰ
ſancti ignominioſa mors: ⁊ tradita vita tam viliter: tam indignus modꝫ in
manus infenſiſſime adultere vniuerſum noſtrū malū leniat. vbi hic deus q̄
talia videre potuit? vbi Chriſtus q̄ hec audiēs prorſus tacuit? perit ille ac
ſi ignotus eſſet deo: hoībus ⁊ oībus creaturis. Quid nos patimur: in q̄ nō
dico gloriari: ſed etiā nō ꝯfundi oporteat: ſi huiꝰ morti ꝯparatū fuerit? Aut
vbi nos parebimus ſi nihil pati voluerimus: qn̄ tanti viri etiā mortē tam
deſpectā ferunt immeriti ⁊ corpus coꝝ ludibrio hoſtiū tradit̄ poſt mortē.
Ecce: inquit: in Hiere. quibꝰ nō erat iudiciū: vt biberent calicem: bibentes
bibēt: ⁊ tu innocens relinqueris? nō relinqueris innocēs: ſed bibēs bibes.

¶ Recte ergo Eremita ille q̄ cum ſingulis annis egrotaſſet: vno aliquā-
do anno integro ſanus vehementer triſtabat̄ ⁊ plorabat: cauſans ꝙ deus
eſſet eius oblitus: ⁊ gratiā ſuam ei negaſſet. Adeo ſcꝫ neceſſaria ⁊ ſalutaris
eſt diſciplina dn̄i omnibus Chriſtianis.

¶ Videmus aūt ꝙ nihil eſt qđ nos patimur: ſi ſanctoꝝ vngulas: carce-
res: ferrū: ignem: beſtias: ⁊ infinita tormēta ꝯſideremus: imo ſi ⁊ pn̄tiū no
biſcū in hac vita grauiſſimas diaboli ꝑſecutōes patientiū: ponderemꝰ ten-
tationes. Neqꝫ enim deſunt qui acrius ⁊ grauius patiantur quā nos
tam in ſpiritu quā corpore.

¶ Dicunt hic aliqui: hoc queror ꝙ mea paſſio ſanctoꝝ paſſionibꝰ nō cō-
parari poſſit: quia peccator ſum: nec dignus illis cōparari: illi ꝓ innocen-
tia ſua: ego ꝓ peccatis meis patior: ideo nihil mirū illos iucūde oīa ꝑtuliſſe.
Hoc verbū magne ſtulticie eſt. ſi em̄ ꝓ peccatis pateris: gaudendū eſt tibi
ꝙ purgant̄ peccata tua: an nō ⁊ ſancti fuerūt peccatores? Sed Herodis ⁊
latronis ſiniſtri ſimilem te eſſe formidas? Nō es ſi patiēs fueris. latronem
em̄ ſiniſtrū ⁊ dextꝝ q̄s diſcreuit: niſi patiētia ⁊ impatiētia? Si es peccator:
bene ⁊ latro erat peccator: ſed patientia iuſticie ⁊ ſanctitatis gloriam me-
ruit. Ita ⁊ tu fac ſimiliter. Nō em̄ pati potes: niſi aut ꝓ peccatis aut ꝓ iu-

ſticia: vtraqꝫ paſſio ſanctificat ⁊ beatũ facit: ſi dilexeris eam. Quare nulla
eſt reliqua excuſatio: deniqꝫ ꝙ̃ cito ꝯfeſſus fueris te iuſte pati pro peccatis:
iuſtus es ⁊ ſanctus ſicut latro dexter. Cõfeſſio eñ peccati quia veritas eſt:
iuſtificat ⁊ ſanctificat: ac ſic mox in momento huius ꝯfeſſionis: iam nõ pro
peccatis ſed pro innocentia pateris. Iuſtus eñ nõ patit̃ niſi innocẽter. At
iuſtus factus es ꝯfeſſione merite paſſionis ⁊ peccatoꝝ tuoꝝ. Quare ⁊ vere
⁊ digne tua paſſio cõparat̃ paſſionibus ſanctoꝝ. ſicut vere digne tua ꝯfeſſio
peccatorum comparatur cõfeſſioni ſanctorum. Vna enim omnium veri-
tas: omnium confeſſio peccatorum: omnium paſſio malorum ⁊ vera com-
munio ſanctorum in omnibus ⁊ per omnia.

## Caput ſeptimum de ſeptimo ſpectro: quod eſt malum ſupernum ſeu ſupra nos.

VLtimo leuandum eſt cor ſurſum: ⁊ aſcendendũ in montem myrrhe
cum ſponſa. Hic eſt Jeſus Chriſtus crucifixus caput omniũ ſancto
rũ: princeps omniũ patientiũ: de quo multi multa ⁊ omnes omnia ſicut de
cet ſcripſerunt. Huius memoria ſponſe cõmendat̃ vbi dicit̃. Pone me vt
ſignũ ſuper cor tuum: ⁊ ſicut ſignaculũ ſuper brachiũ tuum hui⁹ agni ſan-
guis in limine ſignatus arcet percuſſorẽ angelũ. Ab hoc cõmendat̃ ſponſa
ꝙ coma eius ſit ſicut purpura regis (.i. meditatio eius rubet paſſiõis Chri
ſti mẽoria) Hoc eſt lignũ qđ Moſes iuſſus eſt mittere in aq̃s Marath .i.
amaras paſſiones ⁊ dulces facte ſunt. Nihil eſt qđ hec paſſio nõ dulco-
ret: etiam mortem. ſicut dicit ſponſa. Labia eius lilia ſtillantia myrrhã pri-
mam. que ꝓportio lilioꝝ ⁊ labioꝝ: cum hec rubeant ⁊ illa albicent? vtiqꝫ
myſtica loquitur: ꝙ verba Chriſti candidiſſima ſint ⁊ puriſſima: in quibus
nihil cruente amaritudinis aut liuoris: ſed ſuauia ⁊ mitia: quibus tamen
ſtillet ac perſuadeat primã ⁊ electam myrrham (.i. amariſſimã mortem) po
tentia ſunt hec puriſſima labia ac dulciſſima amariſſimã mortẽ que (ſicut
prima myrrha) omnem peccati putorem ſemel tollit dulcem: nitidam: can-
didam, acceptabilemqꝫ reddere. quo modo fiet hoc? Nempe dum audis
Jeſum Chriſtum filium dei ſuo ſanctiſſimo contactu omnes paſſiones ip-
ſam adeo mortem cõſecraſſe ac ſanctificaſſe: maledictionem benedixiſſe: ig-
nominiã glorificaſſe: paupertatem ditaſſe. Jta vt mors vite ianua: maledic
tio benedictionis origo: ignominia glorie parens eſſe cogantur. Jam quo-

modo potes eſſe tam durus ⁊ ingratus: qui non etiã optes ⁊ diligas vniuerſas paſſiones Chriſti puriſſima ⁊ ſanctiſſima carne ⁊ ſanguĩe tinctas: ſanctificatas: innoxias: ſalutares: benedictas: beatas tibi redditas?

¶ Si enĩ tactu ſue mundiſſime carnis oĩes aquas ſanctificauit ad baptiſmũ: imo oẽm creaturam: quanto magis tactu eiuſdem ſue mundiſſime carnis ⁊ ſanguinis omnem mortem: omnes paſſiones: omnes iniurias: omnia maledicta: omnem ignominiam ſanctificauit ad baptiſmũ ſpũs ſeu ſanguinis? ſicut dicit de eodem paſſiõis baptiſmo Luce. xii. Baptiſmo habeo baptiſari: ⁊ quõ coartor donec perficiatur. Vides quãtũ coartat̃ ꝙ anhelat: ꝙ ſitit: paſſiões ⁊ mortem ſanctificare ⁊ amabiles reddere. vidit enĩ paſſionibus nos terreri: vidit mortem expaueſci ⁊ horreri. Ideo ſicut piiſſimus paſtor ⁊ fideliſſimus medicus huic malo noſtro modum poſiturus: feſtinat ⁊ artatur mori: ⁊ tactu ſuo eaſdem nobis cõmendare. Ita vt mors Chriſtiani perinde ſit habenda: ſicut eneus Moſi ſerpens qui ſpeciem quidem ſerpentis per omnia ſeruat: ſed totus eſt ſine vita: ſine motu: ſine veneno: ſine morſu. ita iuſti viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi aũt ſunt in pace. ſimiles ſumus morientibus: nec alia eſt ſpecies noſtre mortis ꝙ alioꝝ: res tamen alia eſt: nobis enĩ mortua eſt mors. Ita ⁊ omnes alie paſſiones ſimiles ſunt paſſionibus alioꝝ: ſed ſpecie tantũ. verum re ipſa paſſiones noſtre ſunt impaſſibilitatis initia: ſicut mors initium vite. ¶ Atqꝫ hoc eſt quod Iohan. viii. dicit. Qui ſermonem meum ſeruabit: nõ videbit mortem ineternum. Quomodo nõ videbit? quia moriens vitam incipit. ita pre vita quã videt: mortem videre nõ poteſt. Hic enĩ nox ſicut dies illuminatur: dum clarior eſt lux vite incipientis ꝙ mortis deſinentis. Hec omnibus qui credunt in Chriſtum rata ſunt: ſecus incredulis.

¶ Proinde ſi tunicam Chriſti: vaſa: hydrias: ⁊ quecunqꝫ tandem Chriſtus tetigit: ⁊ quibus vſus eſt pro dulciſſimis reliquijs: tanquam ſuo tactu conſecratis: exoſcularis: diligis: amplecteris. Cur non multo magis penas: mala mundi: ignominiam ⁊ mortem: non ſolum eius tactu conſecrata: ſed etiam ſanguine eius puriſſimo tincta ⁊ benedicta. deinde voluntate cordis ⁊ ſumma coartante charitate amplexata: diligis: amplecteris: oſcularis? preſertim cum in his multo ſint tibi maiora merita: premia: bona ꝙ in illis reliquijs. Siquidem in his victoria mortis ⁊ inferni: ⁊ omnium peccatorum tibi paratur: in illis nequaquã. O ſi cor liceat Chriſti intueri: quando in cruce pendens artabatur: vt mortem redderet mortuam ⁊ contemptibilem: quã pro timidis ⁊ mortem penaſqꝫ horreſcentibus: ardenter ⁊ ſuauiter mortem ⁊ penas amplexatus fuit: quam libenter hunc calicem egrotis prebibit: vt bibere ⁊ ipſi non vereremur: dum nihil illi mali: ſed tantum reſurgendo boni contigiſſe cernimus: ſine du-

bio fieret illa prima myrrha ſtillantibus eius labijs ⁊ verbis Chriſti eam
cōmēdantibus iocūdiſſima ⁊ dulciſſima ſicut odor ⁊ ſpecies liliorum.
Sic ⁊ Petrus.i.Pe.iiij. Chriſto in carne paſſo: ⁊ vos eadē cogitatōe arma
mini. Paulus Heb.xij. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit a peccatorib⁹
ꝯtra ſeipm̄ ꝯtradictionē: vt nō fatigem in animis veſtris deficientes.
¶ Itaqꝫ ſi in prioribus ſpectris adhuc infra ⁊ iuxta nos poſitis: malum
didicimus tolerare patiēter. Certe in hoc vltimo iam ſupra ⁊ extra nos po
ſiti in Chriſtū rapti: oībus malis ſuperiores facti nō modo toleranda no-
bis ſunt: ſed amāda: optāda: querenda. Atqꝫ ab hoc affectu: quo quiſqꝫ re
motior eſt: eo minus in ipſo Chriſti paſſio valet. ſicuti fit in ijs q̄ ſignis et
armis Chriſti vtunt̄ aduerſus mala ⁊ mortē: ne patiant̄ neue moriantur:
oīno ꝯtrarijs ſtudijs: cruci ⁊ morti Chriſti. Quare in hoc ſeptimo
ſpectro neceſſe eſt abſorberi ⁊ ꝯſumi quicquid malorū
paſſi fuerimus: vt iam nō modo nō do
leat: ſed ⁊ delectet: ſi tn̄ imago iſta
penetret corda nr̄a: ⁊ inſe-
deat animi interi-
ori affectui.

¶ Hec de priore Tabella. ¶ Sequitur poſterior.

¶ Alteri tabelle ſua quoqꝫ ſpectra ſeptem dan-
da ſunt contraria prioribus: quorum primū de
bono interno. Secundum de futuro. Tertium
de preterito. Quartum de inferno. Quin
tum de ſiniſtro. Sextū de dex-
tro. Septimum de ſu-
perno.

## Caput primum de ſpectro pri-
## mo: quod eſt bonum
## internum.

SIt quis vel ſola hec bona numeret: que quiſqꝫ in ſua perſona poſſi-
det? Primo corporis dotes quante ſunt? forma: robur: valetudo: vi-
uacitas ſenſus: quibus in maſculo accedit nobiliſſimus ſexus: quo multis
rebus tum priuatis tum publicis gerendis ⁊ egregijs facinoribus ido-
neus eſt: a quibus mulier aliena eſt. Quid vero magni eſt ſi his donis op
timis decem: viginti: triginta annis cum voluptate: dono dei ſis vſus: ⁊ in
vno horum aliquando vel decem diebus labores? Nebulones prouerbio
dicunt. Es iſt vmb ein boſze ſtund tzuthun. Et iterum. Ein gut ſtundt iſt
einer poſzen werdt. Quid nobis faciendum: qui multas horas bonas acci
pimus: ⁊ ne vnū quidem ferre volumus malum? Videmus ergo quantis
obruimur bonis dei: ⁊ q̄ paucis vix tangamur malis: ſaltē noſtrū plurimi.

¶ His bonis non contentus optimus deus adijcit diuitias: copias om
nium rerum: ſi nō omnibus certe multis: ⁊ his potiſſimū qui infirmi ſunt
ad ferenda mala. Nam (vt prius dixi) quibus minus dat rerum aut corpo
ris: plus dat animi: vt ſint oīa equalia ⁊ ipſe iuſtus iudex omniū. Neqꝫ
enī adeo cōſolantur multe diuitie q̄ iucundus animus. Poſt hec quibuſ
dam prolem ſummam (vt dicitur) voluptatem: poteſtatem: principatum:
honorem: famam: gloriam: fauorem ⁊c. quibus ſi detur lōgo tempore frui:
immo etiam paruo: facile ſuadebunt: quid faciendū ſit in paruulo malo.

¶ Animi vero bona his omnibus preſtantiora: ingenium: ſcientia: iudi-
cium: facūdia: prudentia: atqꝫ in his ſicut in ceteris quoqꝫ temperat ſue ad-
miniſtrationis equalitatem: vt quibus plus cōtulit: non ideo alijs eos pre
tulit: quibus horum vice animi maiorem vel pacem vel hilaritatem contu
lit. In his aūt omnibus cum gratitudine attendenda eſt largiſſima dei ma
nus: atqꝫ noſtra infirmitas cōſolanda: vt in multitudine ⁊ magnitudine
bonorum: nō miremur ſi miſceatur aliquid acerbitatis. quandoquidem ⁊
voluptuarijs hominibus: neqꝫ aſſatura ſine ſalſamento: neqꝫ vllus ferme
cibus gratus eſt: qui nō acerbiore quopiam ſapore ſit vel natus vel condi-
tus: adeo perpetua ⁊ ſola dulcedo intoleranda res eſt: vt ⁊ ille recte dixe-
rit. Omnis voluptas aſſiduitate ſui faſtidium parit. Et alius. Labor eſt de
mum ipſa voluptas: ſcʒ ꝙ hec vita impotentior ſit: q̄ vt ſine maloꝝ tempe-
ratura ſolis bonis frui poſſit pre nimia abundātia bonoꝝ. Vnde ⁊ ꝓuer-
bium illud natum. Oportere oſſa eſſe robuſta: que ferant dies bonos. qđ
ego prouerbiū ſepiꝰ cōſiderans admiratus ſum q̄ miram ⁊ veram ſentē-
tiam habeat: vt vota hominū contra vota pugnent: qui nō niſi bonos dies
querāt: quos tn̄ adeptos minus ferre queant q̄ malos.

¶ Quid enī in his deus nobis cōmendat: niſi ꝙ in ipſis etiam inimicis
crucis mirabilis ſit crux: vt nō ſecus illius reliquijs oporteat omnia tem-
perare ⁊ ſanctificare: ne pereant q̄ carnes ſale cōdire ne vermineſcāt? vt qđ

ergo hanc temperaturā a deo miſſam nō libentiſſime acceptamus: quā niſi
ille mitteret: impotens noſtra voluptatū ⁊ bonoꝝ vita ſponte acceſſeret?
Jta fit vt videamus quā vere de deo dixerit Sapiens. Qui attingit a fine
vſqꝫ ad finem fortiter ⁊ diſponit omnia ſuauiter. Si enī hec bona inſpicia-
mus: apparebit verum eſſe illud quoqꝫ Moſi Deut. xxxij. Portauit eum
in humeris ſuis: circumduxit eum: ⁊ cuſtodiuit quaſi pupillam oculi. Qui-
bus poſſumus obſtruere os eorum: qui huius vite plura mala ꝙ bona in-
eſſe ingrati garriunt: cum bona ⁊ ſuauitatis infinita cōmoda nō deſint: ſed
deſint qui intelligant cum illo qui dixit. Miſericordia dn̄i plena eſt terra. Et
iterum. Et laudis eius plena eſt terra. Et pſ. ciij. Jmpleta eſt terra poſſeſ-
ſione tua: delectaſti me dn̄e in factura tua. Hinc quotidie canimus in miſ-
ſa. Pleni ſunt celi ⁊ terra gloria tua. Cur hoc? quia multa bona vnde lau-
detur. verum ab iis dumtaxat qui vident hanc plenitudinē. Sicut enī de
malis ſpectro primo diximus: tantū eſt maloꝝ cuiqꝫ: quanta eorum opinio
⁊ cognitio. Jta ⁊ bona licet vndiqꝫ nos petant ⁊ obuiant: tn̄ tanta ſunt:
quanta eſtimantur. Nam cuncta que fecit deus ſunt valde bona: nō tamē
talia ab omnibus agnoſcuntur. Quales illi erant pſ. lxxvij. Et pro nihilo
habuerunt terram deſiderabilem.

¶ Huius ſpectri exemplū pulcherrimū ⁊ eruditiſſimū nobis p̄bet Job:
qui ablatis bonis omnibus dixit. Si bona ſuſcepimus de manu dn̄i: ma-
la quare nō ſuſtineamus? vere verbum aureū ⁊ potens in tentatione con-
ſolatio. Siquidem ⁊ ipſe non ſolū patiebatur: ſed ab vxore ſua tentabatur
ad impatientiam dicente illi: Adhuc permanes in innocētia tua? Benedic
dn̄o ⁊ morere. q. d. manifeſtū eſt ꝙ non ſit deus qui ſic te derelinquit. cur er-
go in illum confidis ac non potius negato: ⁊ ſic maledicto eo mortalem te
agnoſcis: cui poſt hanc vitam nihil reliquū ſit? Hec ⁊ ſimilia ⁊ vnicuiqꝫ
ſua ſuggerit vxor: id eſt ſenſualitas: in tentatione: quia ſenſus non ſapit
que dei ſunt.

¶ Uerum hec omnia ſunt corporalia bona: cōmunia omnibus. Chriſtia-
nus vero aliis longe melioribus pollet internis bonis: id eſt fide Chriſti:
de qua dictum eſt pſ. xliiij. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis
aureis circumdata varietate. Sicut enī de primi ſpectri malo dixim⁹: Nul-
lum eſſe tantū in homine malum poſſe: quod peſſimū ſit eorum que in ipſo
ſunt: ita optimū bonoꝝ quod in Chriſtiano eſt: ipſe non poteſt videre. Si
enī ſentiret: mox in celo eſſet. cum regnum celoꝝ: vt Chriſtus ait: intra nos
ſit. Habere enī fidem eſt veritatem ⁊ verbum dei habere. Habere verbum
dei eſt deum oīm factorē habere. Que bona quanta ſunt: ſi anime reuelaren-
tur in momēto e corpore ſolueretur: pre nimia abundantia ſuauitatis. vn-
de recte cetera bona que diximus ſunt velut monitoria eoꝝ bonoꝝ que in-

tus habemus que nobis per illa vult cõmendata:ꝙ hec vita non ſuſtine-
at ea reuelari:ſed miſericorditer a deo abſconduntur:donec creuerint in per-
fectũ ſuum modũ. Non ſecus ac pij parentes filijs ſuis quãdoqꝫ ludicra
ꝛ minuta donaria donãt:quibus animos filioꝝ alliciant ad ſpem maioꝝ.
¶ Oſtendunt tamen ſe nõnunꝗ̃ ꝛ prodeunt foris:dum exhilarata cõſcië
tia gaudet in fiducia dei libenter de eo loquitur:cum ſuauitate verbũ eius
audit prõpta ꝛ iucunda fit ad ſeruiendũ ei:ad bona opera:ad ferenda ma-
la ꝛc̃. Que omnia ſunt indicia latentis ibi infiniti ꝛ incõparabilis boni:qđ
has guttulas ꝛ ſtillas paruas foras mittit tenui ſcaturigine:quãuis non-
nunꝗ̃ fiat vt cõtẽplatricibus animabus latius reuelectur:ita vt abſorpte
neſciant vbi fuerint. Qualia ſ. Augu. ꝛ mater ſua de ſe ꝯfitent̃ ꝛ multi alij.

# Caput ſecundum de ſpectro ſecundo: quod eſt bonum futurum ſeu ante ſe.

¶ Pis qui Chriſtiani nõ ſunt de futuris bonis parum poteſt ſolatij da-
ri in ſuis malis:qđ incerta ſunt oĩa:quãꝗ̃ in hoc ſit magni tumultus au-
tor:ille affectus qui ſpes vocatur:celebris:quo inuicem humana cõſolati-
one iubemur ſperare meliora:quo grandia molimur in incertũ frequentiſſi
me:imo ſemper falſi.ſicut Chriſtus de eo in Euangelio Lu.xij. docet:q̈ ani-
me ſue dixit. Deſtruam horrea mea ꝛ faciã ampliora.ꝛ dicã anime mee:re-
quieſce:ede:bibe:epulare anima mea:habes multa bona in plurimos an-
nos:dixit aũt illi deus. Stulte hac nocte repetent animã tuã a te:ꝛ que pa-
raſti cuius erũt: Sic eſt qui thezauriſat:ꝛ nõ eſt in deum diues.
¶ Quãꝗ̃ nec ſic deus reliquerit filios hoĩm:quin hoc affectu mali amo-
uendi ꝛ boni acceſſuri eos ſoletur:licet incerti ſint de futuris:certi tamẽ ſpe
rant quo interim ſuſtinentur:ne deſperationis malo adiecto preſens malũ
nõ ferant ꝛ peiora faciãt. Quare ꝛ ipſe affectus ſpei eiuſmodi donũ dei eſt:
nõ ꝙ eo velit eos niti:ſed moneri ad ſpem ſolidã:que eſt in ipm ſolũ. Ideo
cũ lõganimis eſt vt adducat eos ad penitẽtiã.vt Ro.ij. dicit.nec ſinit ſta-
tim ꝛ oẽs falli hac fallaci ſpe:ſi quo mõ redeant ad cor:ꝛ vere ſperent.
¶ Chriſtianis vero preter hec bona dupla ſunt maxima bona certo fu-
tura:ſed per mortem ꝛ paſſiones. Siquidem ꝛ ipſi gaudẽt cõmuni illa ſpe
incerta finiendi mali preſentis:ꝛ augendi boni cõtrarij.quãꝗ̃ id nõ adeo
curent quam quod bonum ſuum proprium augetur:quod eſt veritas

in Chriſto:in quo promouent de die in diem propter qd̄ ꝛ viuunt ꝛ ſperāt.
Sed vltra hec dixi duo maxima futura habent in morte. Primum ꝙ mor
te finitur vniuerſa huius vite maloꝝ tragedia:ſicut ſcriptū eſt. Precioſa in
cōſpectu dn̄i mors ſanctoꝝ eius. Et iterum. In pace in idipſum dormiam
ꝛ requieſcam. Et iuſtus ſi morte preocupatus fuerit:in refrigerio erit:vbi
cōtra impijs. Mors initiū eſt maloꝝ ſicut dicit. Mors peccatoꝝ peſſima.
Et virum iniuſtum mala capient in interitu. ſic Lazarus conſolabitur qui
recepit hic ſua mala:vbi epulo cruciabitur:quia recepit hic ſua bona. Sic
fit vt Chriſtianus ſiue moriatur ſiue viuat:ſemper melius habeat. adeo be
ata res eſt eſſe Chriſtianum ꝛ in Chriſtum credere. Unde Paulus dicit.
Mihi viuere Chriſtus eſt: ꝛ mori lucrum. Et Ro.xv. Qui viuit: domi-
no viuit. qui moritur:dn̄o moritur. ſiue ergo viuimus ſiue morimur:domi-
ni ſumus. Hanc ſecuritatem Chriſtus nobis obtinuit ꝙ mortuus eſt ꝛ re
ſurrexit:vt dn̄s eſſet viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ:potens nos facere ſecuros: tam in
vita ꝙ̄ in morte. ſicut pſ̄. xxij. dicit. Si ambulem in medio vmbre mortꝫ nō
timebo mala:quoniā tu mecum es. Quod ſi hoc lucrum mortis parū mo-
uet:ſignū eſt fidem Chriſti infirmā in nobis eſſe: que precium ꝛ lucrum bo-
ne mortis nō ſatis eſtimat:aut bonam eſſe mortem:nōdum credit impediē
te ſcꝫ nimiū adhuc viuace vetere homine ꝛ ſapiētia carnis ¶ Conandum
itaqꝫ eſt:vt ad mortis hoc bn̄ficiū cognoſcendū ꝛ amandū promoueamur.
Magna res eſt mortem que alijs maximū maloꝝ eſt:maximū lucrum no-
bis fieri. Et niſi hoc Chriſtus nobis preſtitiſſet:quid dignum tanto impen
dio ſuijpſius feciſſet? diuinū opus eſt plane qd̄ fecit. ideo nō illi mirum qd̄
mortis malum fecerit optimum.

¶ Proinde mors iam mortua eſt fidelibus:nihilqꝫ habet terribile:preter
ſpeciem ꝛ laruam. Non ſecus ac ſerpens occiſus:habet quidē ſpeciem prio
rem terribilem:re uera tamen ſola ſpecies ibi eſt: ꝛ mortuū malum ac iam
innoxium. Immo ſicut Numeri. xxi. Serpentem eneum iuſſit erigi: cuius
aſpectu viui ſerpentis peribant. Ita ꝛ mors noſtra fideliſſimo intuitu mor
tis Chriſti perit:ac iam nō apparet:niſi figura quedā mortis. Adeo nobis
infirmis preludit miſericordia dei:his pulchris figuris:vt mortē quoniam
nō oportet auferri:tn̄ vſqꝫ ad ſpeciem ſolā virtutē eius euacuet: ob quam
rem ꝛ ſomnus potius vocatur in ſcripturis ꝙ̄ mors.

¶ Alterū bonū mortis qd̄ nō ſolum finit mala penarū huius vite: ſed
qd̄ preſtātius finem ponit vitijs ꝛ peccatis: qd̄ aīabus fidelibus lōge plꝰ
mortē reddit optabilē:vt diximus ſupra:ꝙ̄ iam dictū bonū. Siquidē ma-
la anime que ſunt peccata incomparabiliter peiora malis corporis ſunt.
Que ſola:ſi ſaperemus:nobis mortē amabiliſſimā facerēt. Si aūt non fa-
ciūt:ſignū eſt ꝙ mala anime noſtre nō ſatis ſentimus nec odimus. Cum ꝙ

go hec vita ſit ꝑiculoſiſſima: vndiqꝫ lubrico peccato nobis inſidiãte: deinde
nec ſine peccato viuere poſſumus. Optima mors ab his periculis nos ſol-
uit: ⁊ peccatũ penitus abſcindit a nobis. vnde in laudẽ iuſti. Sap. iiij. per
orat. placẽs deo: factus dilectus ⁊ viuens inter peccatores tranſlatus eſt.
Raptus eſt ne malicia mutaret intellectũ eius: aut ne fictio deciperet aĩam
illius. Faſcinatio enĩ nugacitatis obſcurat bona ⁊ incõſtantia ꝯcupiſcẽtie
tranſuertit ſenſum ſine malicia (o ꝗ̃ hec vera ſunt ⁊ aſſidua) ꝯſumatus in
breui expleuit tẽpora multa. placita enĩ erat deo aĩa illius: propter hoc ꝓ-
perauit educere illum de medio iniquitatis.

¶ Ita (miſericordia dei) mors que homini peccati pena fuit Chriſtiano
peccati finis ⁊ vite ac iuſticie initiũ facta eſt: quocirca qui vitã ⁊ iuſticiam
amat: miniſtrã ⁊ officinã earũ mortẽ nõ exhorreat: ſed amet neceſſe eſt. Ali-
oquin nec ad vitã: nec ad iuſticiã vnq̃ perueniet. Qui vero nõ poteſt: oret
deum vt poſſit. Nam ideo docemur dicere: fiat volũtas tua: quia nos eam
ex nobis facere nequimus: qui potius mortẽ timẽtes: mortẽ ⁊ peccatũ ama-
mus: ꝗ̃ vitã ⁊ iuſticiã diligamus. Nam ꝙ mortẽ deus in peccati occaſum
ordinarit: hinc quoqꝫ colligi licet: ꝙ Ade ſtatim poſt peccatũ impoſuit mor-
tem velut emendam peccati: atqꝫ id anteꝗ̃ eijceret de Paradyſo: vt nobis
oſtenderet mortẽ nihil mali: ſed omne bonũ nobis operari: quãdo in Para-
dyſo tanqꝫ penitẽtia ⁊ ſatiſfactio impoſita eſt. Verũ eſt enĩ ꝙ mors inui-
dia diaboli intrauit in orbẽ terrarũ: ſed hoc eximie ⁊ diuine bonitatis fuit:
mortẽ ſic ingreſſam nõ ſinere tñ nocere: ſed apprehenſam in peccati penã
⁊ mortẽ mox ab initio ſui ordinare.

¶ Hoc enĩ ſignificauit ꝙ cũ mortẽ Ade in precepto predixiſſet: nõ tñ po-
ſtea tacuit: ſed denuo mortẽ impoſuit ac rigorẽ ꝑcepti tẽperauit: imo ne me-
minit quidẽ mortis vlla ſyllaba: ſed dixit ſolũ: puluis es: ⁊ in puluerẽ reuer-
teris. Et donec reuertaris in terrã: de qua ſumpt⁹ es: quaſi iam tũc odio ha-
bens mortẽ: quã nec noĩare dignaretur. iuxta illud. Quoniã ira in indigna-
tione eius: ⁊ vita in voluntate eius. Ita viſus loqui ꝙ niſi mors neceſſa-
ria fuiſſet ad peccati abolitionẽ: ipſam nec ſcire: nec noĩare: nedum impone-
re voluiſſet. Adeo ſcꝫ cõtra peccatũ qđ mortẽ operatũ eſt: rurſus emulatio
diuĩa nõ aliđ ꝗ̃ ipſam mortẽ armat: vt hic videas illđ poete. Necis artifi-
cem arte perire ſua. ⁊ peccatũ a ſuo fructu proprio perdi: ⁊ morte quã genu-
it: occidi: ſicut viperã a ſua prole. Hoc ẽ pulcherrimũ ſpectaculum: videre
quõ peccatũ nõ alieno: ſed ſuo proprio opere perditur: ſuo gladio iugulat:
⁊ velut Goliath ſuo gladio caput amputatur. Nã ⁊ Goliath figura fuit
peccati: terribilis gygas oĩbus: excepto paruulo Dauid: id eſt Chriſto: qui
ſolus eum proſtrauit: ⁊ abſciſo capite proprio illius gladio: iam meliorem
nõ eſſe gladiũ dicit ꝗ̃ Goliath. i. Reg. xxi.

¶ Si ergo hec gaudia virtutis Chriſti ⁊ dona eius gratie meditemur: quid nos torquebit malum paruulum: quando in tam magno malo futuro tam magna bona videmus⁖

# Caput tertium de tertio ſpectro: qđ eſt eſt bonum preteritum ſeu ante ſe.

Huius boni facilis eſt cõſideratio ex ſpectro ſuo cõtrario de preterito malo: tamen inuenimus cõſiderantẽ. In hac re eximius eſt artifex. B. Aug. in ſuis cõfeſſionibus: vbi pulcherrie recitat dei beneficia in ſe ab vtero matris ſue. Idem facit inſignis pſalmus. cxxxviij. Dñe probaſti me: vbi inter cetera prouidentiã dei ſuper ſe miratus dicit. Intellexiſti cogitationes meas de lõge: ſemitã meã ⁊ funiculũ meum inueſtigaſti. q. d. Quicquid ego vnq̄ cogitaui: quicquid operatus fui: ⁊ quantũ eſſem cõſecuturus ac poſſeſſurus: iam video q̄ nõ mea induſtria geſta ſunt: ſed tua cura longe ante hec ordinata. deniqȝ oẽs vias meas preuidiſti. Et non eſt ſermo in lingua mea: vbi tunc⁖ in poteſtate tua. Hec diſcimus experientia ꝓpria. Si enim vitã preteritã recolimus: nonne ſtupor eſt nos talia cogitaſſe: voluiſſe: feciſſe: dixiſſe: qualia nos nec preuidere potuimus⁖ q̄ lõge alia geſſiſſemus: ſi noſtro libero arbitrio relicti fuiſſemus. Id qđ nunc primũ intelligimus: tam preſentẽ ſcȝ curam dei: tam cõſtantẽ ſolicitudinẽ eius ſuper nos fuiſſe cernimus: vt nec loqui nec velle nec cogitare potuerimus: niſi qđ ille dediſſet. ſicut Sap. vij. dicit. In manu enĩ illius ⁊ nos ⁊ ſermones noſtri. Et Paulus. Qui operatur oĩa in nobis. Quin ergo pudeſcimus inſenſati ⁊ duricordes: qui propria experientia docti videmus q̄ ſolicitus pro nobis fuerit in hanc horam dñs: ⁊ oĩa bona nobis dederit⁖ Necdum poſſumus eandem noſtri curã ei in paruulo preſenti malo tradere: ac ita facim⁹ quaſi ille nos reliquerit aut relinquere vllo modo poſſit⁖ ¶ Non ſic pſ. xxxix. Ego vero egenus ⁊ pauper: dñs ſolicitus eſt mei. vbi b. Aug. habeat curã tui qui fecit te: qui habuit curã tui anteq̄ eſſes. Quõ nõ habebit curã: cum iam hoc es qđ voluit vt eſſes⁖ At nos imperiũ cum deo diuiſum accipimus: illi tribuimus qđ fecerit nos: atqȝ idipſum tñ vix aut tepide nobis arrogamus curam noſtri quaſi ille fecerit nos: ⁊ mox abierit relictis nobis in noſtra manu regendis.

¶ Qđ ſi nobis noſtra obſtãt ſapientia ⁊ cõſilia: vt hanc curã dei ſup nos

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0024-2

nō videamus: dum forte multa euenerint ſm noſtra propoſita. redeamꝰ cū
pſ. cxviij. ad noſtrū intuitū. Nō eſt occultatū os meū a te: qd̄ feciſti in oc-
culto. id eſt oſſa mea in ventre matris tu videbas ꝛ formabas: quādo ego
nondū eram: qū mater mea nondū ſciebat quid fieret in ea: ꝛ ſubſtātia mea
in inferioribus terre. id eſt figura ſeu forma corporis mei: in viſceribus infi-
mis matris mee: etiā nō fuit tibi abſcōdita: quia formabas tu eam. Quid
eñ his verbis vult: niſi ingenti hoc exēplo nobis oſtēdere: ꝙ deus noſtri ſi-
ne nobis ſemper curā habuerit? Quis eñ poteſt gloriari ſe cooperatum: vt
formaretur in vtero? Quis dedit matri curā: vt lactaret: foueret: amaret: et
oīa illa materna officia exhiberet: cū nos necdū ſentiremus vitā noſtrā? De-
niqꝫ quoꝝ niſi in alijs ſimilia facta videntes: crederemus ꝛ nobiſcū facta
eſſe: nihil ſciremus: nec memores eſſemus: cū hec nō aliter nobis impenſa
ſunt ꝙ ſi dormientibus: imo mortuis ac potius nondū natis impēderent:
quantū ad noſtrā pertinet noticiā. Ita videmus ꝙ ſine nobis nos excipi-
ant diuine miſerationes ꝛ ꝯſolatiōes. Adhuc dubitamus aut etiā deſpera-
mus noſtri curā illi vſqꝫ hodie eſſe. Si quē hec experiētia nō erudit nec mo-
uet: neſcio quid erudire ꝛ mouere poſſit. Hanc eñ videmus paſſim in om-
nibus infantulis preſentiſſime nobis expoſitā: ita vt noſtre inſipiētie ꝛ du-
ritie tot exēpla propoſita merito nobis debeant eſſe magno pudori: ſi dubi-
temus vel leuiſſimū bonū vel malū ſine ſingulari cura dei nobis ꝯtingere.
Sic b. Petrus. i. Pe. v. Omē ſolicitudinē proijcientes in eum: qm̄ ipſi eſt cu-
ra de vobis. Et pſ. xxxvi. Iacta ſuper dn̄m curā tuā ꝛ ipſe te enutriet. Et b.
Aug. ad animā ſuā in Cōfeſſ. Quid ſuper te ſtas ꝛ nō ſtas? proijce te in eū:
nō eñ ſubtrahet manū vt ruas. Et iterū. i. Pe. iiij. Itaqꝫ ꝛ hi qui patiunt̄
ſm voluntatē dei fideli creatori cōmendent aīas ſuas in benefactis.

¶ O ſi qs hac rōne deū ſuū cognoſceret: ꝙ ſecurus ꝙ qetus ꝙ iocūdꝰ age-
ret. Hic vere deū haberet: ſciens certo oīa ſua qcūqꝫ illa eſſent: illiꝰ ſuauiſſi-
ma volūtate diſponēte ſibi obtigiſſe ꝛ obtingere. Stat firma ſentētia Petri.
ipſi eſt cura de vobis. Quid hoc verbo dulcꝰ audire poſſumꝰ? ideo ꝓijcite
oēm: inqt: ſolicitudinē in eū. Nō ſi hoc nō facimꝰ: ꝛ noſipſi ꝓ nobis ſoliciti
ſumꝰ: quid aliud facimꝰ: ꝙ qd̄ ꝛ dei curā impedire conamur: ꝛ ſimul no-
bis etatē noſtrā triſtem: laborioſam: anxiā: multis timoribꝰ: curis: tumulti-
bus facimꝰ? atqꝫ id fruſtra. nec eñ quicꝙ his ꝑmouemus ſalubriter: ſed
vt Eccleſiaſt. dicit. Hec vanitas eſt vanitatū ꝛ afflictio ſpūs. nam ꝛ idē li-
bellus totꝰ in hāc expientiā loquit̄: vt q multa pro ſe tentauerit: ꝛ in oībus
tū non niſi laborem: vanitatem: ꝛ afflictionē ſpūs inuenerit. Ita vt conclu-
dat: donum dei eſſe: ſi quis edat ꝛ bibat ꝛ letetur cum vxore ſua. id eſt ſine
ſolicitudine vixerit: deo commendata cura ſui. ¶ Quare et nos nulla

alia ſuper nos ſolicitudine ſoliciti eſſe debemus: q̄ ne ſuper nos ſoliciti ſimus ꝛ deo curam noſtri rapiamus. Cetera ex ſpectro cõtrario: vt dixi: ꝛ ex recordatiõe toti⁹ vite preterite quilibet facile ſibi cõparabit.

## Caput quartum de ſpectro quarto: quod eſt bonum infernum ſeu infra nos

Hactenus bona vidimus que noſtra ſunt ꝛ in nobiſipſis: deinceps ea que in alijs ꝛ extra nos poſita ſunt: videamus. Quorum primũ eſt in his qui infra nos ſunt. id eſt mortui ꝛ damnati. Sed mirum quid boni in mortuis ꝛ damnatis poſſit inueniri? Verum tanta eſt vbiqꝫ diuine bonitatis virtus: vt in ſummis malis etiam bona det videre. Cõferimus aũt illos primum ad nos: tunc videmus ineſtimabilia noſtra lucra: ſicut facile ex cõtrario maloꝝ ſpectro accipi poteſt. Nam quanta illic mortis ꝛ inferni mala in eis videmus: tot ſine dubio lucra noſtra videmus: tantoqꝫ maiora quãto illorum mala fuerint maiora. Que oĩa nõ ſunt leui corde cõtemnẽda: quia miſericordiam dei magnificentiſſimam nobis vehementer cõmendant. Et periculum eſt: ſi hec parui duxerimus: ingrati inueniamur ſimul cum illis damnãdi aut peius cruciandi. propterea quantum illos dolere ꝛ vlulare viderimus tanto magis de dei bonitate in nos gaudere debem⁹. Iuxta illud Iſa. lxv. Ecce ſerui mei comedẽt: ꝛ vos eſurietꝫ. Ecce ſerui mei bibẽt: ꝛ vos ſitietis. Ecce ſerui mei letabuntur: ꝛ vos ꝯfundemini. Ecce ſerui mei laudabũt pre exultatione cordis: ꝛ vos clamabitis pre dolore cordis ꝛ pre cõtritiõe ſpiritus vlulabitis: ꝛ dimittetis nomen veſtrum in iuramẽtum electis meis ꝛc̃. Deniqꝫ: vt dixi: Exempla male morientium ꝛ dãnatorũ: ſicut ꝛ b. Greg. in dialogo refert: nobis ad monitorũ ꝛ bonum eruditionis proficiũt: vt felix ſit: quem faciũt aliena pericula cautum. Hoc ſane bonum: quia vulgariter notum eſt: parum mouet: cum ſit tamen inter maxima numerandũ: ꝛ his qui ſenſato ſunt corde: nõ modica exiſtimatiõe probatum. Cum huc vergat magna pars ſacre totius ſcripture: videlicet vbi de ira: iudicijs: cõminationibus dei docetur. Quas ſaluberrimas doctrinas miſerrimoꝝ exempla nobis ſaluberrime cõfirmãt: que tunc primũ efficatia ſunt: ſi illorũ qui ea ferunt affectum induti fuerimus: ac velut in loco ꝛ perſona eorum ſimus. tunc enim mouebunt ꝛ monebunt nos ad laudẽ bonitatis dei: qui nos ab his ſeruarit.

Cõferimꝰ vo illos etiã ad deũ ipm: q̃ diuinã iusticiã in eis videamus. Hoc ꝛ si arduũ est: tñ conandũ est. Nã cũ sit deꝰ iustꝰ iudex: iusticiã eiꝰ diligi ꝛ laudari oportet. Atqꝫ ita in deo gaudere: etiã tũc qñ malos male ꝑdit in corpore ꝛ anima: q̄a in his oĩbꝰ summa sua ꝛ ineffabilis iusticia lucet. Itaqꝫ infernus q̄qꝫ plenꝰ est deo ꝛ summo bono nõ minꝰ q̄ celũ. Iusticia enĩ dei ipse deus est: deꝰ vo summũ bonũ est. Quare vt misericordia: ita ꝛ iusticia eiꝰ seu iudiciũ summe amandũ: laudandũ: ꝑdicãdũ est. hoc sensu Dauid dicit. Letabit iustꝰ cũ viderit vindictã: manꝰ suas lauabit in sanguine peccatoris. Hac rõne ꝓhibuit dñs Samuelem .i. Reg. xvi. Ne amplius Saulem lugeret dicẽs. Vsqꝫ q̄ tu luges Saul: cũ ego ꝓiecerim eum ne regnet sup Israel? Quasi diceret: adeo ne volũtas mea tibi displicet: vt hois volũtatẽ mihi ꝑferas? Deniqꝫ hec est illa vox laudis ꝛ gaudij ꝑ totũ psalteriũ q dñs sit iudex viduaꝝ ꝛ pater orphanoꝝ: q factꝰ sit vindictã pauperũ ꝛ iudiciũ inopis: q ꝯfundent inimici: ꝑdent impij: ꝛ multa similia. Nõ si q̇s gñationi illi sanguinũ q̃ occidit iustos: etiã filiũ dei: ꝛ impioꝝ cumulo velit stulta misericordia cõpati: iam inueniet eoꝝ ꝯgaudere iniq̄tati: ꝛ ꝓbare ea q̃ gesserũt: dignꝰ q̄ cũ eis similiter pereat: quoꝝ peccata nolit vindicari. Audietqꝫ illud .ij. Reg. xix. Diligis odiẽtes te: ꝛ odio habes diligẽtes te. Sic enĩ Ioab ad Dauid dicebat: qñ Absalõ impiũ homicidã suũ nimis lugebat. Quare in hoc spectro ꝯgaudẽdũ est vniuerse sanctoꝝ pietati ꝛ iusticie dei q̃ ꝑsecutores pietatis iustissime punit: vt liberet suos electos ab eis. Atqꝫ ita vides nõ parua sed summa bona in mortuis ꝛ dãnatis lucere. Nẽpe vindicatã oĩm sanctoꝝ iniuriã: ꝛ tuã q̄qꝫ si iustus est cũ eis. Quid ergo mirũ si ꝛ ꝑ tuũ pñs malũ vindicet hostẽ tuũ .i. peccatũ corporis tui? Imo gaudẽdũ tibi in hoc officio optĩe iusticie dei q̃ etiã te nõ rogante pessimũ tuũ hostẽ .i. peccatũ tuũ in teipso sic occidit ac ꝑdit. Cui si compatiaris: amicus peccati ꝛ hostis iusticie in te opantis inuenieris: qđ tibi summe cauendũ sit: ne tibi q̄qꝫ dicat. Diligis odiẽtes te: ꝛ odis diligẽtes te. sicut ergo iusticie in tuũ peccatũ seuiẽti cũ gaudio ꝯgratulari debes: ita eidẽ ꝯgratuleris in peccatores: oĩm ac dei hostes seuiẽti. Vides itaqꝫ in summis malis summa bona videri: ꝛ letari nos posse in summis malis: nõ ꝓpter ipa mala: sed ꝓpter summã bonitatem iusticie nos vindicantis.

## Capitulum quintum de spectro quinto: quod est bonum sinistrum seu ad sinistram

D

Aduerſarij hic ſunt in vita adhuc poſiti(nam precedente de eis iam dānatis ac demonibus aſſimilatis cōſideramꝰ)hos alio affectu intueri decet: videndaqꝫ duplicia eorum bona. Primo qd̓ tēporalibus abundant: ita vt prophete quoqꝫ eorum bonis prope commoti ſint ad inuidiā. vt Pſal. lxxij. Mei pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Et infra. Ecce ipſi peccatores ⁊ abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias. Hiere. xij. Juſtus quidem es tu domine: ſi diſputem tecum. verūtamen iuſta loquar ad te: quare via impiorum proſperatur? Bene eſt omnibus: qui preuaricantur ⁊ inique agunt.

¶ Cur em̄ tanta ſuper eos bona effundit gratis ⁊ perdit? niſi vt nos ſoletur ⁊ oſtendat ꝙ̄ bonus ſit ijs: qui recto ſunt corde. vt idem pſ̈. lxxij. dicit. Qui malis tam bonus eſt: quanto magis bonis bonus erit? niſi ꝙ malos nullo malo vexat. Bonos vero multis malis tentat: vt non tm̄ in bonis preſentibus: ſed in abſconditis quoqꝫ ⁊ futuris cum agnoſcant eſſe bonū ſibi: dicantqꝫ cum eodem pſ̈. Mihi vero adherere deo bonum eſt: ponere in domino ſpem meam. q. d. Et ſi aliquid patiar: quo illos liberos video: tamen confido ꝙ mihi deus multo magis bonus ſit ꝙ̄ illis. Atqꝫ ita: Bona viſibilia maloꝝ nobis incitabulū ſunt: ſperandi bona inuiſibilia ⁊ contemnendi mala que patimur. Non ſecus ac Chriſtus Mat. vi. Nos volatilia celi ⁊ lilia agri reſpicere iubet. d. Si ergo foenum quod hodie eſt ⁊ cras in clibanum mittitur: deus ſic veſtit: quā̄to magis vos modice fidei? Quare ex collatione bonorum quibus mali abundant: ⁊ mali quod nos patimur: fides noſtra exercetur ⁊ cōſolatio in deum (que ſola ſancta eſt) paratur: adeo neceſſe eſt omnia cooperari in bonū ſanctis.

¶ Alterū bonum quod multo mirabilius: qd̓ eorum mala nobis bona ſunt: deo ſic nos curante. Nam etſi peccata eorum ſint ſcandala infirmioribus: firmioribus tamen ſunt virtutis exercitium ⁊ occaſio pugne: maioriſqꝫ meriti. Beatus em̄ vir qui ſuffert tentationem: quoniā cum probatꝰ fuerit accipiet coronam vite. Que vero maior tentatio ꝙ̄ multitudo illa peſſimoꝝ exemploꝝ? Deniqꝫ hic mundus vnus hoſtium appellatur ſanctorum dei: ꝙ ſuis illecebris ⁊ impijs operibus nos irritat: prouocat: allicit: de via dei in viam ſuam. ſicut Geū. vi. Viderunt filij dei filias hominū qd̓ eſſent pulchre: ⁊ caro facti ſunt. Et Numeri. xxv. Filij Iſrael ceciderūt cū filij Moabitarum: ita vt ſalutare ſit nos ſemper aliquo incōmodo premi: ne mundi ſcandalis offenſi ruamus ⁊ peccemus nos infirmi. ¶ Sic Lot cōmendatur a Petro. ij. Pe. ij. ꝙ a Zodomitarū peſſimis exemplis multa paſſus ſit: vt in iuſticia ſua per hec promouerit. Neceſſe eſt ergo vt hec ſcādala veniant que operentur nobis pugnam ⁊ victoriam: ve tamen mun-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0028-5

do a ſcandalis. Si aūt in peccatis aliorum tanta nobis bona procurat de⁹:
quanto magis in noſtro incōmodo nobis bonū operaturus toto corde cre
di debet: ꝛ ſi ſenſus ꝛ caro aliud indicet.

Non minus boni nobis mūdus confert ex altero maloꝝ ſuoꝝ latere:
qḋ eſt aduerſitas. Nam quos illecebris non poteſt deuorare: ꝛ ſcandalis ſi
bi incorporare paſſionibus conatur a ſe expellere ꝛ malis penarū exturba-
re: ſemper aut inſidias per peccatoꝝ exemplū: aut furias per penarū tormē-
tum intentans. Hec eſt enī Chymera monſtrum: cuius caput virgineum
ꝛ blandum: venter leoninus ꝛ truculentus: cauda ſerpentina ꝛ mortifera.
quia finis mundi tam voluptatis ꝙ̄ tyrannidis: venenum ꝛ mors ſempi-
terna. Sicut ergo in peccatis mundi fecit nos deus bona noſtra inuenire:
ita vt ꝛ pſecutiones eius non ſint fruſtra ꝛ otioſe ordinantur nobis ad in-
crementū bonoꝝ noſtroꝝ: vt hoc ipſo quo nobis nocent: cogantur prodeſſe
ſicut b. Aug. de paruulis ab Herode necatis dicit. Nunquā potuiſſet tm̄
profuiſſe obſequio: quantū profuit odio. Et b. Agatha gloriabūda ad car-
cerem tanꝙ̄ ad epulas iuit: cauſans in hunc modum. Niſi corpus meū fe
ceris a carnificibus tuis bene contrectari: nō poteſt anima mea cum palma
ad paradyſum introire. ſicut granū ſi nō exuta fuerit theca eius: ꝛ in area
fortiter percutiatur: nō reponitur in horreum. Sed quid hic modica loqui
mur: cum in hāc rem tota ſcriptura: omniū patrum ſcripta ꝛ dicta: omniū
ſanctoꝝ facta ꝛ geſta videam⁹ cōſonare. Eſſe eos vtiliſſimos credentibus:
qui ſunt eis nocentiſſimi: modo recte ferantur. vt Petrus. i. Pe. iij. Et quis
eſt qui vobis noceat: ſi boni emulatores fueritis: ps. lxxxviij. Nihil pficiet
inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis nō apponet nocere ei. Quō nō nocet: cū
ſepius etiam occidat: quia ſcꝫ nocendo maxime prodeſt. Ita videmus vn-
diqꝫ nos in medijs bonis habitare: ſi prudentes ſumus: ſimul tamē in me-
dijs malis: adeo omnia ſunt mire temperata diuine bonitatis magiſterio.

## Caput ſextum de ſpectro ſexto: quod eſt dextrum ſeu ad dextram.

Hec eſt Eccleſia ſanctorum noua creatura dei fratres ꝛ amici noſtri:
in quibus nihil niſi bonum videmus: nō niſi conſolationem: nō
ſemper quidē oculis carneis: nam ſic in contrario ſpectro ſunt maloꝝ: ſed

oculis ſpiritalibꝰ. Quāq̄ꝫ ⁊ illa eoꝝ bona q̄ videntꝰ: nō reiſcienda ſunt qñ in
his nos ꝯſolari a deo intelligamꝰ. Nā ⁊ pſ̄. lxxij. nō fuit auſus dānare oēs
q̄ in ſeculo obtinerēt diuitias: dicēs. Si dicebā ſic: ecce natione filioꝝ tuoꝝ
reprobaui. i. ſi volui dicere eſſe oēs malos q̄ diuites: ſani: honoratiqꝫ eſſent:
iam etiā ſanctos tuos dānaſſem q̄ꝝ multi in his ſunt. Sed ⁊ Aplus Ti-
motheū docet: vt p̄cipiat diuitibꝰ huiꝰ ſeculi nō ſupbe ſape: diuites eſſe nō
ꝓhibēs. Et Abraham: Yſaac ⁊ Jacob diuites ſcriptura refert fuiſſe. Atqꝫ
Daniel cū ſocijs ſuis honorati etiā in Babylone fuerūt: p̄terea multi reges
Juda ſancti fuerūt. Hos itaqꝫ intuitꝰ pſ̄ dicit. Si dicebā ſic: natione filioꝝ
tuoꝝ reprobaui. Dat: inquā: deꝰ etiā ſuis hoꝝ bonoꝝ copiā ad ſolatiū eoꝝ
⁊ alioꝝ: verū nō hec eoꝝ ꝓpria: imo hec vmbra ⁊ ſigna ſunt veroꝝ bonoꝝ
q̄ ſunt fides: ſpes: charitas: alieqꝫ gratie ⁊ dona q̄ oīa cōia fiunt ꝑ charita-
tem. Hec eſt cōio ſanctoꝝ in q̄ gloriamur. Et q̄s nō hic ſupbiat etiam in
magnis malis q̄ credat id qđ res eſt? Eſſe ſcꝫ oīm ſanctoꝝ bona ſua bona:
ſuū malū eſſe illoꝝ q̄qꝫ. Hoc em̄ ſpectrū dulciſſimū ⁊ iucundiſſimū eſt: qđ
Aplus ad Gala. hoc v̄bo pingit. Alter alteriꝰ onera portate: ⁊ ſic implebi-
tis legē Chriſti. Nōne bonū eſt nos hic eſſe: vbi ſi vnū mēbꝝ (vt. i. Cor. xij.
dicit) patiẗ: cōpatiunẗ ⁊ oīa mēbra. ſi vnū glorificaẗ: ꝯgaudēt oīa membra?
Itaqꝫ dū ego patior: patior iam nō ſolus: patiẗ mecū Chriſtus ⁊ oēs Chri
ſtiani: ſicut dicit. Qui tāgit vos: tāgit pupillā oculi mei. Ita onus meū por-
tāt alij: illoꝝ virtꝰ mea eſt. Fides Eccleſie mee trepidationi ſuccurrit: caſti-
tas alioꝝ mee libidīs tentationē ſuffert. alioꝝ ieiunia mea lucra ſunt. alteriꝰ
oīo ꝓ me ſolicita eſt. ⁊ breuiter ita inuicē ſolicita ſunt mēbra: vt honeſtiora
etiā inhoneſta tegāt: ſeruēt: honorēt. Sicut. i. Cor. xij. pulchre deſcribit. Atqꝫ
ita vere gloriari poſſum in alioꝝ bonis: tanq̄ꝫ meis ꝓprijs. Atqꝫ tūc vere ⁊
mea ſunt: ſi gratulor ⁊ ꝯgaudeo eis. Sū ergo turpis ⁊ fedus: at illi quos
amo: q̄bꝰ applaudo formoſi decoriqꝫ ſunt. Quo amore mihi nō ſolū eorū
bona: ſed eoſipſos facio meos. q̄re ſub hoꝝ gloria facile mea honorabiẗ ig-
nominia: eoꝝ abūdantia mea implebiẗ inopia: eoꝝ merita meis medebunẗ
peccatis. Quis ergo queat deſperare in peccatis? q̄s nō gaudeat in penis: q̄
ſua peccata ⁊ penas iam neqꝫ portat: aut ſi portat nō ſolus portat: adiutꝰ
tot ſanctis filijs dei: ipſo deniqꝫ Chriſto? Tāta res eſt cōio ſanctoꝝ ⁊ Eccle
ſia Chriſti. Qđ ſi q̄s hec non fieri aut geri credat: hic infidelis eſt: Chri-
ſtū ⁊ eccleſiā negauit. Nam ⁊ ſi nō ſentiaẗ: vere tū ita agiẗ: imo q̄s nō ſen-
tiat? Nā qđ nō deſperas: q nō impatiēs efficerꝫ: q̄s in cauſa eſt? Tua vir
tus? nequāq̄ꝫ: ſed cōio ſanctoꝝ. Alioq̄n nec veniale peccatū ferres: nec ver-
bū hoīs ꝯtra te ſuſtineres: adeo ꝓpe eſt Chriſtꝰ ⁊ Eccleſia. Hoc eſt qđ dici
mus: Credo in ſpm̄ſanctū: ſanctā Eccleſiā catholicā. Quid eſt credere Ec-
cleſiā ſanctā: q̄ꝫ ſanctoꝝ cōionē? Quo cōicant aūt ſancti? nēpe bonis ⁊ ma-

nō bene

illis: oīa ſunt oīm: ſicut ſigurat ſacramentū altaris in pane ⁊ vino: vbi vnū corpus: vnꝰ panis: vnꝰ potus ab Apl'o dicimur. Quis eñ offendit particulā corporis: in q̊ nō totū corpus offendat? Quid patit̃ extremus pedis folliculus: qd̃ nō patit̃ totū corpus? qd̃ bñficiū ꝓfert vel pedibꝰ in q̊ non gaudeat corpus totū? At nos vnū corpus ſumꝰ. Quicq̇d alius patit̃: ego patior ⁊ fero: q̇cq̇d bñ fit ei: mihi fit. Ita Chriſtus dicit: ſibi factū qd̃ ſuis minimis factū fuerit. Quis panē altaris quātūlibet ꝑticula accipiēs: nō dicit̃ panē accepiſſe? Quis ꝑticulā eiꝰ ꝑcipiēs: nō panē ꝑcepiſſe dicit̃.

Quare ſi dolemus: ſi patimur: ſi morimur: huc ferat̃ intuitꝰ ⁊ fortiter credamus: ac certi ſimꝰ ꝙ nō nos: aut nō ſoli: ſed Chriſtus ⁊ Eccleſia nobiſcū dolet: patit̃: morit̃. Adeo ſcꝫ nobis Chriſtus noluit mortis viā eſſe ſolitariā quā oīs hō horret: ſed comite tota Eccleſia: viā paſſiōis ⁊ mortis ingredimur: ⁊ fortiꝰ Eccleſia tolerat ꝙ nosipſi: vt vere poſſimꝰ illud Heliſei iiij. Reg. vi. nobis aptare qd̃ ad ſeruū ſuū timidū dixit. Noli timere: plures nobiſcū ſunt ꝙ cū illis. Cūq̄ oraſſet Heliſeus: ait. Dñe aperi oculos pueri huiꝰ vt videat: ⁊ aperuit dñs oculos pueri: ⁊ vidit. Et ecce mōs plenus equoꝝ ⁊ curruū igneoꝝ in circuitu Heliſei. Hoc ſolū ⁊ nobis reſtat vt oremus q̊ nobis apiant̃ oculi: ⁊ videamꝰ Eccl'iam in circuitu noſtro: fidei inquā oculi: tūc nihil eſt qd̃ timebimꝰ. ſicut ⁊ ps̄. cxxiiij. Mōtes in circuitu eiꝰ: ⁊ dñs in circuitu ppl'i ſui: ex hoc nūc ⁊ vſq̄ in ſeculū. Amen.

# Caput ſeptimum de ſpectro ſeptimo: quod eſt bonum ſupernum ſeu ſuper nos

Nihil de eternis ⁊ celeſtibꝰ bonis loq̇r q̊bꝰ beati fruunt̃ in viſiōe clara dei: aut ſaltē de eis in fide loq̇r: ⁊ q̄ rōne nobis pñt eſſe cōphenſibilia. Ita hoc ſeptimū ſpectrū eſt Jeſus Chriſtꝰ rex glorie reſurgēs ex mortuis: ſicut idē fuit ſeptimū ſpectrū maloꝝ paſſus: moriēs ⁊ ſepultus. Hic videre licet ſummū cordis noſtri gaudiū ⁊ ſtabilia bona: nihil hic ꝓrſus maloꝝ. q̇a Chriſtus reſurgēs ex mortuis: iam nō morit̃: mors illi vltra nō dñabit̃. Hic eſt caminꝰ charitatis ⁊ ignis dei in Zion: vt Iſa. dicit. Chriſtꝰ eñ natꝰ eſt nobis: nō ſolū [illegible] ⁊ datꝰ eſt nobis. Quare reſurrectio eius mea eſt: ⁊ oīa q̄ ꝑ reſurrectionē ſuā operatꝰ eſt. Et vt Apl'us Ro. viij. exuberātiſſime gloriat̃. Quō non oīa nobis donauit cū illo? Quid aūt opatus eſt reſurgēdo? nēpe peccatū deſtruxit: iuſticiā ſuſcitauit: mortē abſumpſit: ⁊

vitā reddidit:infernū vicit:⁊ gloriā ſempiternā ꝯtulit. Hec ſunt ineſtimabi
lia:ita vt mens homīs vix audeat ea credere ſibi donata eſſe. velut Jacob
Geñ.xlv. Cū audiret filiū ſuū Joſeph regnare in Aegypto:quaſi de grauī
ſomno euigilās:nō credebat eis donec illis repetētib⁹ oīa:plauſtra ꝙꝫ oñ-
derēt miſſa a Joſeph. Jta vere difficile eſt credere tanta bona nobis indig-
nis in Chriſto collata:niſi multis verbis ac vt multis apparitōib⁹ ſeſe di
ſcipulis manifeſtauit.ita nos tandē velut plauſtris:vſu ⁊ expientia doceat
ita credere. Plauſtrū ſane eſt ſuauiſſimū:qđ fact⁹ eſt nobis iuſticia:ſanctifi-
catio:redēptio:ſapiētia a deo. vt.i.Cor.i.Apl's dicit. Ego eñ peccator ſum
ſed vehor in ei⁹ iuſticia q̄ mihi data eſt. Jmmundus ſum:ſed ſanctificatio
mea eſt ſua ſanctitas in qua ſuauiter vehor.ſtultus ego ſum: ſed ſapientia
eius vehit me.dānabilis ſum:ſed libertas eius redēptio mea eſt plauſtrū
ſecuriſſimū. Jta vt Chriſtianus:mō id credat:de meritis Chriſti:⁊ oīb⁹ ei⁹
bonis:nō aliter queat gloriari:quā ſi ipſemet ea feciſſet.adeo ſunt eius pro-
pria:ita vt iam ſecur⁹ etiā dei iudicium expectare audeat:qđ tñ inſuſtētabile
eſt. Tāta res eſt fides:tāta bona nobis parit:tam glorioſos dei filios cōſti-
tuit. Neqꝫ eñ filij eſſe poſſum⁹:niſi paterna bona heredítem⁹. Dicat ergo
Chriſtian⁹ cū fiducia: Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimul⁹ tu⁹:
id eſt peccatū? Stimulus eñ mortis peccatū eſt. virtus aūt peccati lex: deo
aūt gratia:q̄ dedit nobis victoriā ꝑ Jeſum Chriſtū dñm noſtrū. Hoc eſt:
lex facit nos peccatores:peccatū facit nos reos mortꝫ. Quis hec duo vicit?
Noſtra iuſticia? nr̄a vita? nō:ſed Jeſus Chriſtus a morte reſurgēs: pecca-
tū ⁊ mortē dānans:ſuā iuſticiā nobꝫ impartiēs:ſua merita nobis donans:
ſuā manū ſuꝑ nos ponēs:⁊ bñ habem⁹ ⁊ legē implem⁹:⁊ peccatū mortēqꝫ
ſuꝑam⁹.de q̄ ſit honor:laus ⁊ gratiarū actio deo in ſecula ſeculoꝝ. Amen.
¶ Hoc ergo ſpectaculū ſupremū in q̄ iam nō mō ſupra mala nr̄a:ſed etiā
ſupra bona nr̄a eleuati ſum⁹.⁊ ſedem⁹ iam in bonis alienis: alieno labore
partis:q̄ prius iacuim⁹ in malis:alieno peccato ꝯqſitis ⁊ nr̄o auctis. Se-
dem⁹:inquā:in iuſticia Chriſti:qua ipſe iuſtus eſt:q̄a huic nos adherem⁹:
ꝑ quā ipſe deo placet ⁊ ꝓ nobis mediator interpellat:⁊ totū ſe noſtrū facit
optimus ſacerdos ⁊ patronus. Nō ergo impoſſibile eſt:vt Chriſt⁹ in ſua
iuſticia nō placeat:tam impoſſibile eſt vt nos fide noſtra qua illius iuſticie
inherem⁹:nō placeamus. Quibus fit vt Chriſtian⁹ ſit oīpotēs: oīm dñs:
oīa habēs:oīa faciēs:ꝓrſus ſine vllo peccato. Nō ſi etiā in peccatis ſit:tñ ne
ceſſe eſt vt nō noceāt:ſed donent̄ ꝓpter inſuꝑabilē ⁊ oīa peccata exhauriē-
tem iuſticiā Chriſti in qua fides noſtra nitit̄:fortiter credēs talem nobis eſ-
ſe Chriſtū:qualē diximus. Nam qui id nō credit:ſurdus fabulā audit: nec
Chriſtū agnoſcit:nec ad q̄d ꝓſit:nec q̄s eius vſus ſit:intelligit.
¶ Quare vel hoc vnū ſpectrū:ſi nulla ſint alia:tanta nos pōt ꝯſolatiōe

imbuere: ſi bene ꝛ corde intento ſpectet: vt nõ mõ malis noſtris nõ dolea-
mus: ſed etiam gloriemur in tribulationibus pre gaudio: qđ in Chriſto ha
bemus: vix ea ſentientes. Qua gloria nos erudiat ipſe Chriſtus dominus
ac deus noſter in ſecula benedictus. Amen.

FINIS.

¶ His nugis meis illuſtriſſ. Princeps officiũ qualecunqꝫ paupertatis
mee teſtãtibus me illuſtriſſ. D. T. cõmendo: maiora offerre paratiſſimus:
ſi facultas ſpiritus mei votis reſpõderit vnq̃. Neqꝫ eñ aliqñ nõ ero debi
tor: cũ cuiuis meo proxĩo: tum maxĩe illuſtriſſ. d. t. quã nobis ꝛ clemẽti boni
tate diu ſeruet incolumem: ꝛ felici tãdẽ fine ad ſe reducat dñs noſter Jeſus
Chriſtus. Amen.

¶ Illuſtriſſ. D. T.

¶ Lipſiae: ex officina Melchioris Lottheri. Anno a natali
Chriſtiano Milleſimo quingenteſimo.
viceſimo.
Amen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0034-8

Jb 3942

ULB Halle 3
003 347 362

8b

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0035-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0036-9

# Teſſaradecas ꝯſolatoria pro laborantib⁹ et oneratis Martini Lutheri Auguſti. Vuitten- bergeñ.

Lipſiae: ex officina Melchioris Lottheri. Anno a natali Chriſtiano Milleſimo quingenteſimo viceſimo.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-107822-p0037-4